*R. BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE
DI FIRENZE*

OPERE BIBLIOGRAFICHE E BIOGRAFICHE

RACCOLTE DAL

DOTT. DIOMEDE BONAMICI

di Livorno (1823-1912)

Novembre 1921.

PAVLI COLOMESII
RVPELLENSIS

ITALIA
ET
HISPANIA ORIENTALIS

SIVE

ITALORVM ET HISPANORVM

QVI LINGVAM HEBRAEAM VEL ALIAS ORIENTALES EXCOLVERVNT

VITAE

ΕΚ ΤΩΝ ΑΥΤΟΓΡΑΦΩΝ AVCTORIS NVNC PRIMVM
EDITÆ ET NOTIS INSTRVCTÆ

A

JO. CHRISTOPHORO WOLFIO
PASTORE AD D. CATHARINÆ ET SCHOLARCHA.

HAMBVRGI
SVMTIBVS VIDVAE FELGINERIAE
FORMIS STROMERIANIS
ANNO CIƆIƆCCXXX.

VIRO

ADMODUM REVERENDO CLARISSIMO

ERUDITISSIMOQUE

HERMANNO

van de

WALL

DIVINORUM ORACULORUM
APUD AMSTELODAMENSES INTERPRETI
FACUNDISSIMO

SACRARUM PARITER ET PROFANARUM
LITERARUM SANCTIORISQUE POTISSIMUM
ANTIQUITATIS GNARISSIMO.

EXIMIISQUE INGENII FELICIORIS MONIMENTIS MAGNAM NOMINIS CELEBRITATEM
EX MERITO CONSECUTO

COMMENTATIONEM HANC
COLOMESIANAM

EX MVSEO EIVS ACCEPTAM

IN GRATI ANIMI TESTIFICATIONEM
CVM SERIO SALVTIS INCOLVMITATIS ET
PROSPERITATIS
VOTO L. M.


REDDIT

SEQVE PERPETVO EIVS AMORI
ET BENEVOLENTIAE

MVTVA OFFICIA STVDIAQVE
SANCTE POLLICITVS
COMMENDAT

EDITOR.

AD



AD LECTOREM.



On eſt, *Benevole Lector*, cur diu in limine te morer. Offero tibi PAVLI COLOMESII *Italiam & Hiſpaniam Orientalem*, ex Auctoris αὐτογράφῳ nunc primum operarum formis deſcriptam. Accepi illud à Rev. HERMANNO *van de* WALL, Verbi Divini apud Amſtelodamenſis præcone diſertiſſimo, qui, quo in me amore, quove in literas ornandas ſtudio fertur, meum illud eſſe voluit, poteſtatemque mihi fecit in publicam lucem proferendi. Et illa quidem commentationem hanc non minus dignam eſſe cenſui, atque *Galliam* ejus *Orientalem*, quam una cum reliquis Opuſculis, quibus doctrinam diligentiamque ſuam

egregie testatam fecit, eo eruditorum plausu exceptam esse non ignoras, qui Celeberrimo JOANNI ALBERTO FABRICIO nostro, quem honoris causa nomino, auctor suasorque fuit, ut eam una cum ceteris Colomesii scriptis anno CIↃIↃCCIX apud nos recusam exhiberet. Constat tibi alioquin, vel me non monente, Colomesium in præfatione ad Galliam Orientalem, *Belgium*, *Italiam*, *Germaniam* & *Angliam* Orientales eadem ratione descriptas promisisse. Ita in calce quoque Observationum Sacrarum, Amstelodami CIↃIↃCLXXIX. excusarum, inter ἀνέκδοτα nostri *Italia* & *Hispania Orientalis* numeratur. Imo *Petrus Bælius* in Dictionario Historico & Critico Tom. I. pag. 950. editionis Roterodamensis anni CIↃIↃCCII. testatur, *Galliam Orientalem* recognitam & auctiorem una cum *Italia* & *Hispania* Bibliopolæ cuidam Rupellensi, Amstelodami tunc commoranti, eo consilio traditam fuisse, ut luci sisteretur, obitum vero & Colomesii & Bibliopolæ consilium hoc intervertisse. Et parum abest, quin suspicer, ipsum illud exemplum, quo usus ego sum, nitide quippe & luculente ab Auctore exaratum, preloque penitus paratum in Bibliopolæ istius manibus fuisse. Fortasse venerit dies, quo eiusdem col-

lectanea

lectanea, ad *Belgium* & *Germaniam Orientalem* pertinentia, conſpiciantur. Illa enim apud Colomeſium ſibi viſa eſſe, Celeb. *Godefridus Thomaſius*, Noribergenſium imo Germaniæ literatæ decus, apud Rodolphum Martinum Meelführerum in Acceſſionibus ad Almeloveenii Bibliothecam promiſſam & latentem p 19. & *Henricus Ludolphus Benthemius*, ὁ μακαρίτης, in Statu Angliæ Eccleſiaſtico p. 65. teſtantur. Ceterum in Italia hac Orientali non diſplicebunt, credo, legenti octo *Iſaaci Caſauboni* epiſtolæ ad Petrum Perillæum, quas in pleniſſima alioquin epiſtolarum ejus collectione, a *Theodoro Janſſonio ab Almeloveen* Roterodami anno CIↃIↃCCIX. curata fruſtra quæſiveris. Plures, fateor, dare Colomeſius ex *Italis* æque ac *Hiſpanis* poterat, qui ex literarum Orientis cultura nomen ſibi pepererunt. Eos ceteris hic jungere apud animum conſtitutum habebam, niſi valetudo infirmior conantem avocaſſet. Conſultum tamen putavi, nomina eorum, qui prætermiſſi ſunt, reliquorum Indici innectere. Notas meas qualescunque eo fine adſperſi, ut nunc Auctoris obſervata emendarem, ubi occaſio ferebat, nunc augerem ex iis præſidiis, quæ maximam partem poſt fata ejus eruditi attulerunt. In his p. 87. monui, *Julii Cæ-*

ſaris

ſaris Scaligeri Problemata Gelliana inter MSS. Bibliothecæ noſtræ Johanneæ exſtare. Eadem vero ſcias lucem vidiſſe cum Ariſtotelis & aliorum Problematibus, Amſtelodami an. CIↃIↃCL. 12. uno volumine editis. In iisdem notis provocavi nonnunquam ad *Alphonſi Ciacconii* Bibliothecam Vniverſalem. Illam ordine literarum inſtructam & usque ad *Epimenidem* perductam, ſed manu exaratam, in ſcriniis ſervo. Animus mihi erat, ex opere non contemnendo ea Colomeſianis addere, quæ Ciacconius de Italis & Hiſpanis, hic laudatis, obſervaverat. Mutavi vero conſilium; cum ex Amico intelligerem, Bibliothecam illam Ciacconianam elegantiſſimi & eruditiſſimi *Franc. Dionyſii Camuſati*, JCti, induſtria Pariſiis lucem jam adſpexiſſe. Nuper vero ex præſtantiſſimi Editoris literis, ad me datis, perſpexi, Bibliothecam quidem ipſam cum notis adjectis prelo liberatam eſſe, præfationem vero longiorem, quam eidem ipſe de Scriptoribus Hiſtoriæ Literariæ præmittendam ſtatuit, adhuc prohibuiſſe, quo minus in publico compareret. Hoc volui ne neſcires. Ita vale, & partis, ſi placet, fruere.



INDEX

INDEX
ITALORVM & SABAVDORVM,

ex quibus illorum, qui à Colomesio laudantur, nomina indicio paginæ a ceteris, in hoc opere omissis, distinguuntur.

A.

B.

C.

D.


F.

G.

H.

I.

K.



INDEX
HISPANORVM & LVSITANORVM,
inter quos illorum nomina, quorum Colomesius meminit, indicio paginæ à ceteris, hic omissis, distinguuntur.

ITALO-



ITALORUM
QVI
LINGVAM HEBRÆAM
Vel alias Orientales excoluerunt
VITÆ.

BARTOLUS
à Saxoferrato.


Artolus, Cyni, ex nobili Sygisbaldorum apud Pistorienses familia oriundi, disci- pulus, Sentini in Vmbria natus est A. D. 1309. a) Magno perspicacis ingenii acumine Jus ciuile professus, in omnibus Italiæ gymnasiis exactæ doctrinæ documenta reliquit. Aduersus studiorum labores indomitum eum extitisse ferunt, consueuisseque uti, in pertenui mensa, certis cibi potusque mensuris ad tuendam valetudinem: ut quum sæpe me- Ex Jouio &
aliis.

---

a) At in Epitaphio nostri, quod *Nic. Reusnerus* in Iconibus Cl. Virorum, Basil. 1589. editis B. 4. atque inde *Otto Aicherius* in Theatro funebri Parte III. p. 266. affert, natalis annus constituitur 1303. qvem vicissim *Thomas Diplovatatius* loco mox excitando 1313. statuit.

moria laberetur, obliuionis incommoda assidua commentatione resarciret. Ob id voluptates omnes adeò seuerè reiecerat, ut ne horula quidem extra naturæ necessitatem studiis subtraheretur. Sed eandem quoque seueritatem in torquendis necandisque noxiis supra æquum exercuisse uisus est, quum rerum capitalium iudiciis præesset; adeò ut reum furti, nec ritè confessum & insontem præcipiti sententia supplicio affecerit. Ex ea acerbitate cum invidiam populari uoce conflatam subisset, conspectum hominum pudore vitabundus in arcanum ruris otium euoluendis libris se abdidit, è qua demum studiorum intentione audacter egressus; æquales suos doctrinæ firmitate, & mira iudicii constantia superauit. Donatus est virtutis causa a Carolo Quarto Imperatore gentilitiis Bohemiæ Regum insignibus, quibus purpurei Leonis forma aurato in campo, cum bicipiti cauda salientis exprimitur. Perusiæ autem supremam in gymnasio claritatem consecutus, fortunas suas collocavit; duxitque uxorem, sed irrita spe masculæ prolis. Verum infinitos prope discipulos, amore filiis pares, præcellentis doctrinæ reliquit hæredes. Ad extremam vitæ regulam Hebraicæ linguæ amore captus, b) diligentissimè ei incubuisse fertur. Defuit illi Latinæ eloquentiæ facultas, ne summæ gloriæ fastigium teneret, & tamen est, quod maxime miremur, illum in perpetuo docendi munere occupatum, tot ac tanta volumina perscribere potuisse. Obiit Anno 1355. ætat. 46. c.) Perusiæ ad aram maximam in

b) Inter JCtos itaque, literarum orientis peritia claros, numerandus est, quo nomine & jam locum obtinuit in *Theodori Eberti* Eulogiis Juris consultorum & Politicorum centum illustrium, qui Hebraeam linguam aliasque orientales propagarunt, p. 1. Adde *Val. Forsterum* lib. 3. Hist. Juris Civil. Rom. c. 27. & *Christophorum Craesium* in Politico Orientali, qui in Dyota ejus sacra Altenburgi 1679. 4. edita exstat.

c) Consentit epitaphium apud Reusnerum l. c. in anno aetatis & mortis constituendo, rationibus male utique subductis, si annus natalis, ut ibidem fit, 1303. existimetur. Ita enim Bartolum annos aetatis 52. hebuisse necesse est. Hinc puto factum, ut Aicherius l. c. ubi tamen ad Reusnerum provocat, mortem nostri in annum 1349. referret. Si quid in re incerta conjecturis liceat, *Diplovatatium* sequendum putem. Is enim ut nativitatem nostri cum anno 1313. sic obitum cum anno 1359.

in templo D. Francisci sepultus. In cuius mortem hæc cecinit Petrus Myrteus:

Hic est Bartolus ille, iuris ingens
Lux, & commodus explicator, hic est,
Quem mors ante diem abstulit maligna.
Heu mors inuida, & æuo iniqua nostro,
Qua Leges iterum iacere cogis.

Testimonia de Bartolo.

FRa Leandro Alberti nella Descrittione di tutta l' Italia p. 283. edit. Venetæ 1596. *Diede gran fame à questo castello di Sasso ferrato, Bartolo eccellente Giureconsulto. La cui memoria di continuo risuscita nelle Scuole di Leggi e ne' Palagi. Passo di questa uita nel* 1355. *e di sua eta* 50. * *Giace sepolto à Perosa, nel Monasterio di San Francesco in mezo la Chiesa in terra, doue sopra gli è una lastra di marmo, ed attorno il suo Epitafio.* *Legendum 46.

Johannes Henricus à Pflaumern in Mercurio Italico, Lugd. 1628. p. 190. *Baldum nomino unum instar omnium, & Bartolum Principes summos Juris, illum Ciuem, hunc Perusii non natum quidem, sed in publico urbis gymnasio versatum, cum maximo eius ornamento, suo æterno honore, quo uiuus mortuusque a Ciuibus ornatus fuit; posuere enim in D. Francisci templo niueum præstantis operis tymbum, cum Simulacro eius, dormientis habitu, & Libris incubantis, quibus uiuens indefesso studio inuigilauerat.*

De eodem Mantua & Fichardus in JCtorum Vitis. d)

A 2 JAN-

d. 13 Julii conjungit, eadem tamen opera monens, alios aliam annos natiuitatis, aetatis & mortis supputandi rationem hic sequi.

d) Plura dabunt *Thomas Diplovatatius*, Patricius CPolitanus, Sæculi XV. extremi scriptor, in vita nostri, quam præstantissimus *Jo. Albertus Fabricius* noster Bibliothecae Graecae, immortalis operis, Volumini XII. p. 555 sqq. inseruit, *Guido Pancirollus* de legum interpretibus lib. II. c. 67. *Theod. Ebertus* in Eulogiis modo laudatis, & qui ab eo citantur, *Jacobillus* in Bibliotheca Vmbriae, *Thomas Pope Blount* in Censura celebriorum Auctorum p. 306. sq. *Paulus Freherus* in Theatro Eruditorum p. 787. alii. Adde his *Alphonsi Ciacconii* Bibliothecam universalem à Cl. *Camusato* nuper editam.

JANNOTIVS MANETTVS
Florentinus.

Ex variis. JAnnotius Manettus, e) uel, ut eum Leandro Alberti in Italia sua vocat, Janetus Manetus, Florentiæ natus est A. 1396. 9. Kal. Jun. f.) Discipulus erat Emanuelis Chrysoloræ, condiscipulus Dominici Flocci, authoris Libelli de Romanorum Potestatibus. Senator fuit Florentinus, & Equestri dignitate a Nicolao Quinto ornatus. Legationes varias ad Reges Principesque, ad Romanum etiam Pontificem, summa cum adprobatione obiit. Vir erat trium linguarum peritus, ut qui ex Hebræo Psalterium, g) ex Græco Porphyrii Isagogen & Aristotelis Categorias verterit. Hoc firmat Vgolinus Verinus Libro 2. Florentiæ illustratæ his verbis,

Est quoque Jannotti celeberrima fama trilinguis,
Plurima qui Hebræo de fonte volumina vertit
In Latium, & nostris dedit hæc noscenda Manetus.

Obiit Neapoli Anno 1459. h) Plura Bocchius in clarorum Florentinorum Elogiis. i)

Maneti

e) Italis *Giannozzo*, ut P. *Julius Negri* loco mox citando, vel *Giannotto*, ut G. J. *Vossius* lib. III. de Historicis latinis p. 529. nomen exprimit, qui posterior ideo Latine *Jannottum* vel *Jannotium*, non *Jannoctum* vult appellari. *Jannoctium* tamen vocat *Naldus Naldius* in Vita nostri, de qua mox.

f) Pro *Junio* reponendus erit *Julius*. Ita enim *Vossius* l. c. consentientem sibi habens *Negrium*, ex cujus fide lucem is primum vidit die *Junii* XXIII. i. e. IX. Kal. Jul. At *Naldius* Nonas seu qvintum Junii diem natalem illi fuisse testatur.

g) Sic integri Psalterii versionem ex Hebr. Latinam ipsi tribuit *Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebraica p. 81. eamque MS. in Bibliotheca Vrbinatensi n. 57. in fol. exstare testatur. Consentit *Naldius* in calce Vitæ ejus: at *Possevinus* in Apparatu Sacro, & forte ex eo *Negrius* L. tantum Psalmos ab eo tradunt esse conversos, quibus uterque partem V. T. similiter conversam jungit.

h) Ad diem VII. Kal. Novembr. an. 1459. circiter horam noctis nonam vita excessit, teste *Naldio* p. 68. pro quo *Negrius* p. 234. 27. *Septembris* memorat, librarii, puto, vitio, cum idem ipse p. 236. ex Historia Florentina, quam MS. habuit *Anton. Magliabechius*, referat, nostrum die 27. Octobr. vita functum. Non dubitem ego facere cum

Maneti Scripta.

ORatio in obitum Leonardi Bruni Aretini, MS. in Bibliotheca V.C. Philiberti de la Mare, Senatoris Divionensis.

Liber de Dignitate & Excellentia hominis, * a Pontificiis, donec emendetur, in Indicibus prohibitus.

* Basileæ edidit Alexander Brassicanus A. 1532.

De Illustribus Longæuis Libri sex.

De Vita Nicolai Quinti Libri quatuor, Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Pisauri in Serenissimi Ducis Bibliotheca seruati. k)

De Rebus Genuensibus Libri duo.

Genuensium Laudatio, Oxonii in Bibliotheca Collegii noui.

Naldio, qui in vita nostri describenda cum cura est versatus, & ut fere ejus aequalis versari potuit.

i) Consulendi hic inprimis fuerint *Naldus Naldius*, qui anno 1479. claruit, in vita *Maneti* Latine scripta, quae nunc primum ex MS. lucem vidit in Thesauro Italico Tomo IX. Parte VIII. *Julius Negri*, sive *Niger*, in Historia Scriptorum Florentinorum, Italice Ferrarae 1722. fol. edita p. 233.-236. itemque Anonymus in Ephemeridibus Italiae literariis, quae Venetiis adhuc continuantur, Tom. XI. p. 340.-374. ubi ex Vita nostri à *Naldio* scripta, & tunc nondum edita, copiose de illo differitur, atque ea, quae *Vossius* de eodem attulit, partem supplentur, partem emendantur. Praeter hos *Negrius* videri jubet Jacobum Gaddium in Elogiis p. 137. Alamanum Rinucinum ad versionem Philostrati, Franc. Philelphum, Christoph. Landinium, Raphaëlem Volaterranum, Leandrum Albertum, Poggium, Michaëlem Pocciantium in Catalogo illustrium Scriptorum Florentinorum, Georg. Vasarium in Vitis Pictorum, Blondum Flavium, in Italia perlustrata, Gobellinum, Barthol. Facium, Scipionem Ammiratum Parte II. Historiae suae & in commentariis MSS. de familiis Florentinis, Possevinum Tom. II. Apparatus sacri, Franc. Bocchium in Elogio, Eugenium Gamurinium Parte V. de nobilibus Toscaniae familiis, Phil. Labbe in Biblioth. Regia, Vgolin. Verinum in Florentia illustrata: Josiam Simlerum in Epitome, Naldium denique, Vincentium Acciajolum & Anonymum in Vita nostri MS. Junge his Cl. *Schelhornii* Amoenitates Literarias Tom VI. p 502.

k) Ex libro II. Vitæ Nicolai V. Latine scriptæ locum de operibus ejus aliis adfectis affert *Negrius* l. c. pag. 235. vitam vero ipsam, ex Bibliotheca Pisaurensi in Vaticanam postea translatam, hodieque adservari testatur.

Historiæ Pistoriensium Libri tres, ab eo editi cum Reipublicæ Florentinæ nomine Pistorium gubernaret.

Alphonsi Regis Vita, quam imperfectam reliquit.

Orationes ad eundem Hanouiæ excusæ. I)

Vita Socratis, Senecæ, Plutarchi, Dantis & Boccacii, quarum duæ primæ extant Cæsenæ in Bibliotheca Franciscana. Et alia. II)

JACOBUS DE REGIO.

JAcobus de Regio, natione Italus, professione Carmelita, vir in diuinis Scripturis doctissimus, & in sæcularibus Literis magnifice imbutus, trium linguarum principalium Græcæ, Hebraicæ, & Latinæ peritus, ingenio clarus, & disertus eloquio, metro excellens & prosa. Scripsit Notabiles Sermones per Quadragesimam. Multa etiam carmine scripsisse dicitur, sed ad notitiam meam non venerunt. Claruit sub Friderico 3. Imp. A. D. 1460. *Hæc Trithemius.*

JOSAPHAT BARBARVS, *Venetus.*

JOsaphat siue Josaphas Barbarus, Patricius Venetus, vir linguæ Persicæ gnarus, natus est patre Antonio Barbaro. Scripsit Librum de itinere suo, quod anno 1436. ad Tanaim instituit; item de itinere suo in Persiam, cum anno 1461.

I) Orationem ad Alphonsum Regem in Nuptiali unici filii Calabriae Ducis congratulatione Neapoli habitam, ibidemque anno 1611. in lucem editam laudat *Negri* p. 234.

II) Indicem scriptorum, editorum, manu exaratorum, & adfectorum, Colomesiano illo longe pleniorem, habes apud Negrium, qui conferendus est cum altero *Naldiniano* in calce vitae, quam aliquoties citavimus. Inter illa eminent: *Opus de illustribus Viris, qui ab Adamo ad sua usque tempora floruerunt*, MS. *de Terrae motu libri tres: de liberis educandis liber unus: de rebus legationis suae an.* 1448. *ad Venetos susceptae*, MS. Florentiae in Bibliotheca Gaddiana; *epistolae variae ibidem MSS.* &c.

1471. a Republica Veneta esset missus ad Asambejum Persiæ Regem. Transtulit hæc ex Italico in Latinum sermonem Jacobus Geuderus. Plura Callimachus Experiens in Historia eorum, quæ a Venetis tentata fuere ad Tartaros ac Persas contra Turcos concitandos. m)

HIERONYMVS RHAMNVSIVS
Venetus.

Hieronymus Rhamnusius uel Ramusius, vir Arabice doctissimus, Auisenæ quædam dicitur Latine vertisse Damasci, cum illic medicinam factitaret A. 1484. sed hæc nunquam uulgata sunt. De eo sic Paulus Manutius Epistola Præfatoria ad Paulum Rhamnusium Joh. Baptistæ filium, in Cæsaris Commentarios: *Mitto Hieronymum patruum tuum, Medicinæ ac Philosophiæ studiis præstantem, qui cum in Syriam eo consilio esset profectus, ut Arabicis literis imbueretur, paucis annis tantum profecit, ut plerosque Auisenæ Libros in Latinam linguam egregie conuerterit.* Hæc politissimus Manutius.

PETRVS BRVTVS
Venetus.

Petrus Brutus, natione Venetus, Episcopus Catharensis, vir Hebraicæ Linguæ peritus, pro confirmatione fidei Chri-

m) Repetiisse ista videtur Colomesius ex Gerh. Joh. Vossii eximio libro de Historicis Latinis lib. III. c. VIII. p. 604. Commentarius ille de itinere in Persiam suscepto latine exstat in collectione Scriptorum Historiae Persicae Francofurti 1601. edita, in qua *Josephi* nomine appellatur. Prodiit vero ante seorsim Venet. 1543. 8. Excerpta quaedam habes in Republica Persiae in Belgio vulgata p. 195. Compara Christoph. Hendreichii Pandectas Brandenburgicas p. 410. sq. qui & legi vult Lambecium in Prodromo Historiae Literar. Inprimis vero consulendae sunt *Ephemerides Literariae Italiae*, quae Venetiis adhuc eduntur, Tom. XVIII. p. 404. sqq. Ibi inter cetera, quae ad Vossianam de nostro narrationem pertinent, supplementa, testatum videbis, *Barbarum* obiisse Venetiis aetate admodum provectum anno 1494. tumulumque ejus hanc referre inscriptionem:

Sepultura M. D. Josaphat Barbaro de Confinio Sante Marie Formoxe & ejus Heredum MCCCCLXXXXIIII.

Christianæ ſcripſit opus n) inſigne contra Judæos, Senatui Vicentino dicatum. Claruit A. 1485. Plura leges apud Trithemium.

PORCHETVS
Saluaticenſis.

Porchetus de Syluaticis, Genuenſis, Carthuſianus, vir fuit in lectione Thalmudis & antiquorum Rabbinorum diligentiſſime verſatus; ut liquet ex Libro, quem inſcripſit *Victoria* aduerſus Judæos, ab Auguſtino Juſtiniano, Nebienſi Antiſtite, Pariſiis uulgato A. 1520. Cum enim Juſtinianus ſchedularum Porcheti exemplar, ut pretioſum Theſaurum magno redemiſſet; illiberale iudicauit, ſe ſolum tanto Theſauro frui; itaque iuris publici Librum fecit, prius ab eo hoc elogio commendatum: *Demimtus ipſe ſum non ſemel, quonam pacto homo Chriſtianus, Chriſtianis natus parentibus, ſed & Genuæ, qua in urbe, ob religionis reuerentiam, Judæis interdicitur habitatione, potuerit omnia luſtraſſe, quæ apud Hebræos habentur, quando pene infinita recenſeantur.* Pluribus Libris enumeratis, ſubiicit: *Hos tamen omnes ita eorum non modo ſententias, ſed & verba, quin & apices ipſos in Librum ſuum reponit, ut credas illum toto uitæ tempore in Hebræorum Scholis verſatum.* Hæc Juſtinianus, Præfatione ad *Victoriam.* Claruit circa A. 1488. o)

Teſtimo-

n) Prodiit Vicentiae an. 1489. & exſtat in Bibliotheca Caeſarea Vindobonenſi, teſte Carolo Joſepho Imbonato in Bibliotheca Latino-Hebr. p. 191. Adde Gesneri Bibliothec. & Celeberrimi *Val. Erneſti Loeſcheri* Stromateum p. 249. Laudat librum ſub titulo *Victoriae contra Judaeos* Adrianus Finus in Prologo ad Flagellum Judaeorum.

o) Enimvero Porchetus Victoriam ſuam adverſus impios Hebræos A. C. 1303. exaravit, ceu ipſe teſtatur fol. 16. col. 4. *Adhuc eſt hic ſciendum, quod Chriſtianis computantibus nunc ab incarnatione Domini annum* 1303. *computant Judaei ab initio mundi annos quinque millia LXIII.* Itaque Aubertus Miraeus in Auctario Scriptorum Eccleſiaſt. Parte II. p. 125. edit. Hamburgenſis, à diligentiſſimo Fabricio noſtro curatae, rectius aetatem ejus refert in annum 1315. Confer, quae de eo ejusque opere dixi in Vol. II, Bibliothecae meae Hebraicae p. 1001. & p. 1124. ſqq.

Teſtimonia de Porcheto.

JOhannes Forſterus (de quo alibi) in Dictionario Hebræo p. 613. 1557. *Porchetus vir in Lingua Hebraica non vulgariter doctus, ſcribit* עפלים *morbum illum ſignificare, qui Græcis τενεσμὸς dicitur, qui eſt irritus egerendi conatus.*

Joh. Driedo Lib. 2. de Translatione Scripturæ, Argumento 8°. Porchetum vocat *diligentiſſimum Librorum Hebraicorum indagatorem.* p)

JOHANNES ANNIUS
Viterbienſis.

JOhannes Annius Viterbii natus eſt A. 1437. 5. Jan. q) Fuit ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Magiſter, vir Latine, Græce, Hebraice, Chaldaice, & Arabice eruditus. Varia ſcripſit, quorum Catalogum leges apud Leandrum Albertum, Geſnerum, Poſſeuinum, & alios. In his toto orbe notiſſimi ſunt ſeptendecim Antiquitatum Libri Commentariis illuſtrati, quos iure merito ab ipſo Annio confictos r) putant Joſephus Scaliger, Melchior Canus, Ribera, Læuinus vander-Beken, Latine Torrentius, Octauianus Ferrarius, & alii. Vt res apertior fiat, hiſtoriolam ſubiiciam, quæ habetur apud doctiſſimum Antonium Auguſtinum, Dialogo vndecimo Antiquitatum Romana-

p) Adde his *Waddingum* de Scriptoribus Ordinis Minorum p. 280. *Vbertum Folietam* in Elogiis Clarorum Ligurum, quae recuſa ſunt in Theſauro Italico Tom. I. p. 849. & *Jo. Morinum* Exercitatt. Biblic. lib. I. c. II. §. 6.

q) At mortuus eſt 13. Novembr. an. 1502. aetatis 70. ex fide epitaphii ejus apud Altamuram in Bibliotheca Dominican. p. 223. Hinc recte conficit *Pet. Baelius* in Dictionario Hiſtorico & Critico Tom. III. p. 2171. ed. Roterod. an. 1702. annum 1437. ipſi natalem non fuiſſe, quamvis id *Voſſius* & alii tradiderint.

r) Multus in hoc argumento eſt *Pet. Balius* l. c. & qui ab eo citantur. His omnino adde Celeberr. *Fabricium* noſtrum in Bibliotheca Latina p. 877. ſqq. *Vinc. Placcium* τὸν μακαρίτην, in Theatro Pſeudonymorum n. 193. & *Burchard. Gotthelf Struvium* V. C. in diſſert. de doctis Impoſtoribus §. 18. ſqq.

rum Hispanarumque, sic uero ille: *Mihi Latinus Latinius Viterbiensis, vir doctus, bonaque fidei, de Joh. Annio Viterbiensi Monacho narrare iucunde solebat, lapidi insculpendas curasse literas, quem vinea infodi iusserat, non procul a Viterbo; cumque fodienda esset vinea, ad lapidem usque ut fodiendo peruenirent, iussit, narrans in Libris se reperisse, Templum ibi orbis terrarum antiquissimum latere. Terra iam effossa, primus, qui lapidem inuenit, vinitor accurrit, paulatim detegi Sarcophagum imperat. Hic stupens lapidis antiquitatem, & literas a se confictas admiratus, ad urbis Senatores latus confugit, & Ciuitatis honori fore persuadet, in amplissimo loco publice spectari, Viterbii enim urbis originem contineri, qua bis mille annis Romana esset urbe a Romulo condita longe antiquior, utpote ab Iside & Osiride condita. Fabulas hic suas, quibus abundabat, venditauit, factumque ut ille iusserat.* Obiit Annius Romæ, tempore Alexandri 6. Pontificis, cumque Petro Antonio Episcopo Signano Ciue suo in Mineruæ Fano situs est. Plura de Annio eiusque scriptis congessit diligentissimus Vossius in eximio opere de Historicis Latinis. s)

Inter Monumenta Viterbiensia, a Nathane Chytræo ss) cum aliis collecta, sequentia leguntur:

Joh. Annius Viterbiensis Historiam
Patriam illustrauit.
Labor æterni Sator.
Concordia ciuium firmamentum Reipublicæ.

JOHANNES PICVS.

Ex Jouio & aliis.

JOhannes Picus Mirandula, merito cognomine Phœnix t) appel-

s) Lib. III. c. 8. p. 609. sqq. cui jungas velim Altamuram in Bibliotheca Dominicanorum p. 223. *Jac Quetifium* & *Jac. Echardum* de Scriptoribus Ordinis Praedicatorum Tom. II. fol. 4.-7. Ephemerides Italiae Literarias, quae Venetiis publicantur, Tom. XX. p. 140.-149. In quibus speciatim Vossiana de nostro commentatio, nunc suppletur, nunc emendatur, ac novissime Cl. *Hyacinthum Gimmam* in Idea historiae Italiae literariae Tom. I. p. 27. sqq. Variorum de nostro judicia habes in Thomae Pope Blount Censura celebriorum Auctorum p. 340. sq.

ss) Innuit ejus *Delicias variorum itinerum* p. 289.

t) De elogio hoc lege *Jo. Molleri*, ὁ μακαρίτου, Homonymoscopiam p. 883.

appellatus est, quod in eum, Dii superi, supra familiæ claritatem, omnia corporis ac animi vel rarissima dona contulerint. Mira enim altitudine subtilis ingenii, & in omni Scientiarum ac linguarum varietate ad miraculum exculti, decora facie, lectissimisque moribus, omnes eius Sæculi Sapientes in admirationem sui facile convertit. Grauissimo autem opere, necdum absoluto, tanta eruditione atque vehementia Astrologos, totius diuinationis uanitate confutata, persecutus est, ut subtilium disciplinarum Professores a scribendo deterruisse uideatur. In Heptaplo autem, dum sacrarum literarum mysteria diuino ore nobis recludit, & in Apologetico grauissimis disciplinarum omnium rationibus proposita ad disputandum, ingenii sui decreta defendit, seipsum doctrinæ atque memoriæ felicitate supergressus esse uidetur. Excessit è vita dignus cælo A. 1494. ætat. 33. u) eo die tam celebri, quam postea Italiæ maxime funesto, quo Carolus 8. Galliarum Rex Florentiam est ingressus. Scripsit Vitam eius luculenta Oratione Johannes Franciscus Picus, x) auitæ uirtutis hæres. Sequenti uero Epigrammate ei parentauit Michael Marullus:

Occidis ætatis media quod PICE iuuenta,
Vltima Socratica flenda ruina domus.
Nec uel nobilitas, uel opes, uel gratia formæ
Profuit; aut animi tot bona rara tui.
Non hoc, crede mihi, naturæ iniuria matris,
Larga uel in primis quæ fuit una tibi;
Sed uitæ documenta hominum, & quam fluxa sit ollis
Forma, genus, dotes ingenii, imperia.

B 2 Vario-

u) Annum aetatis 32. mortem ipsi attulisse epitaphium testatur, ad quod provocat *Jo. Marius Crescimbenius*, scriptor diligentissimus, in Historia Poëseos vernaculae, italice edita Parte V. lib. 2. p. 95.

x) Vita illa in limine Operum nostri & *Jo. Francisci* Basil. 1601. fol. editorum, tum vero in Collectione Vitarum Batesiana p. 90. sqq. legitur ex qua potiora excerpsit Rev. *Jo. Franc. Buddeus* in Introductione in Philosophiam Hebraeorum p. 181. sqq. editionis prioris, ubi & Conclusiones nostri Cabbalisticae exhibentur.

Variorum Testimonia de Pico & eius Scriptis.

SIxtus Senensis in Bibliotheca Sancta : *Johannes Picus Mirandulæ & Concordiæ in Italia Princeps , propter generis nobilitatem & raram singularemque formosissimi corporis & animi pulcherrimi venustatem , Phoenix cognominatus ; scripsit admodum iuuenis , & vix tertium ac uigesimum annum attingens ad Laur. Medicem , in primum caput Geneseos , breuem , sed admirandæ audaciæ & supra adolescentiæ vires. Latinum Commentarium , Heptapli titulo prænotatum. De quo Opere uariæ sunt doctorum hominum iudicia : Quidam ut eruditum & sublimem admirantur ; quidam contemnunt , ut iuuenilis audaciæ ostentamentum , extrinsecus tumidum , intus uero prorsus inane. Memini me proximis annis cum Romæ essem , familiariter interrogasse præstantissimum virum Aloysium Lippomanum , Veronensem Episcopum , cur inter tot nobiles authores a se catenæ suæ insertos , Joh. Pici egregii viri nullam fecisset mentionem. Tum ille ad me conuersus summa cum uultus ac verborum asseueratione , inquit , cum Catenam in Genesim contexerem , eos elegi Scriptores , qui mihi uiderentur Mosis Verba & cogitationes expositionibus suis explicare , proinde cum animaduertissem , Picum in hoc uno tantum incumbere , ut Platonicas cogitationes uel suas potius phantasias verbis ac dictis Mosaicis exprimeret , nihil me ejus opera indigere existimaui. Aggressus est nobilissimus hic Juuenis præter Heptaplum (quam nuper Antonius Bonagratia , Canonicus Pisciensis , in Linguam Hetruscam conuertit) etiam in Davidicos hymnos juxta 70. Editionem Commentarios , & cum his alios quoque in S. literas labores , multo plures adhuc editurus , nisi eum immatura mors , trigesimum * ætatis annum agentem extinxisset , anno ab orbe redempto* 1494.

* Lege trigesimum tertium.

Johannes Pierius in Libello de Literatorum Infelicitate : *Picus Mirandulanus literatura supra humanas vires anteacta ætate nulla controversia summus , multa tota iuuentute incommoda perpessus , causam apud Alexandrum sextum dicere coactus , quasi de Christiana pietate male sentiret , accusatus est. Absolutus demum , Florentiamque reuersus , ubi studiorum suorum Musæum instituerat , antea quam virilitatis annos ingrederetur ,* mæstitia

mastitia quadam non leui de causa affectus tantam concepit agritudinem, ut quodam modo vitam aspernari videretur, atque ita inter suspiria & occultas lamentationes, agritudine sua nulli amicorum communicata, virente ea atate desideratus est.

Leandro Alberti nella Descrittione di tutta l'Italia p. 353. *Giouanni Pico fu stupore d'ingegno a tutto il mondo, come dall' Opere da lui lasciate, chiaramente si puo conoscere. Hebbe cognitione di ogni generatione di scienza, con la peritia delle Lettere Greche, Hebree, Arabe e Chaldee. Mancò della presente vita in Fiorenza d'anni* 33. *di sua età, e da che Christo apparue al mondo* 1494. *e fu sepolto con l'habito de' frati Predicatori, il qual pigliò per mani di frate Gieronimo da Ferrara nel Cimiterio di San Marco, con gran dolore di tutti i Letterati. Ne fa ampla memoria di tanto huomo Giouan Francesco Pico suo Nepote, descriuendo la sua vita. Marsilio Ficino, Angelo Politiano, Giacomo Antiquario, Battista Carmelita, Filippo Beroaldo, Antonio Cittadino, con molti altri nobili Scrittori di nostra età, alqual, essendo anche in questa vita, gli scriueano molte Epistole.*

Theodoricus, Episcopus Cyrenensis, Agrippæ, Colon. 1509. Epist. 21. Lib. 1. huius Epistolarum: *Quantus ad Astrologiam iudiciariam Disputator fuerit Picus Mirandula certe nosti; & quid quasi exsufflando omnes eius rationes & explodendo, Lucius Balancius egerit, ut arbitror, uidisti.*

Antoine du Verdier dans la Preface de sa Bibliotheque 1585. *Je ne tairay icy Picus Comte de la Mirande, unique Phoenice non seulement de ce siecle, mais de plusieurs & subsequens. Cestui cy encore à peine hors d'enfance avoit franchy le cercle des Sciences, que les Grecs appellent Encyclopedie, & en toutes excelloit de telle sorte, que si en l'une seule durant toute sa vie il eust employe tout son Estude. Et de ce non content, y adiousta les Lettres Hebraiques, Cabalistiques, Hieroglyphiques & autres profondes doctrines, chascune desquelles requeroit un siecle. Or ne se peut-il dire combien cestui cy enflama l'Italie à l'amour des Lettres, fust qu'a l'exemple d'un tel Prince encore ieune, ou pour la liberalité dont il usoit enuers les Gens — Lettrés, ils fussent attirez aux estudes des bons arts.*

Thuanus ad A. 1551. *Johannes Franciscus Picus moriens, Galeatum, Antonium Mariam, & Johannem filios reliquit, Johannem, inquam, illum, qui ob admirabilem Linguarum ac Scientiarum omnium accuratissimam scientiam, cum rara morum probitate & summa pietate coniunctam, iam in iuuenili ætate sæculi sui Phoenix appellari meruit. Huius tam excellens & omni literarum genere ornata pietas certe merebat, ut gens Pica, exemplo domestico admonita, pietatem inter suos religiosius coleret.*

Jehan Baptiste Gelli fol. 139. des Discours Fantastiques 1566. *Picus Comte de la Mirande ayant preueu par l'Astrologie qu'il devoit mourir ieune, & Sauonarola par Justice, commencerent à se faire croire, qu'elle estoit mensongere, & tous deux l'ont descrié par leurs Escrits.*

Michael Neander (de quo alibi) in prolixa Præfatione de Bibliothecis, p. 41. & seq. edit. Basil. 1565. *Johannes Picus, Comes Mirandulæ & Concordiæ Dominus, cuius extant Libri aliquot eruditissime scripti, quod vir esset Hebraice, Græce, & Latine ad miraculum usque doctus, testatur scriptum esse a Salomone Librum, cui* Sapientia *titulus sit, non qui nunc in manibus est, Philonis opus, sed alterum Hierosolymitana, quam uocant, secretiore lingua compositum.*

Nicolaus Chappusius in Libello de mente & memoria p. 19. versa: *Picus Mirandulanus proximæ tempestatis eximium litteraturæ columen, tanta virtute memoriæ, multorum adhuc viuentium testimoniis, excelluisse memoratur, vt audita semel a recitante carmina & directo & retrogrado ordine, maxima omnium admiratione recensuerit.*

Lilius Gregorius Gyraldus in Historia Poetarum sui temporis, Dialogo I. *Fuit Joh. Picus patruus Mirandulæ, non modo dignus, ut in hac ipsa Poetarum classe reponatur, sed ut intelligentia & reconditarum interiorumque literarum doctrina ceteris anteibat, ita dignus, ut inter sapientissimos Philosophos & Theologos connumeretur, qui, ut eius multiplicis ac prope diuinæ sapientiæ monumenta mittam, quorum pleraque ob immaturum & praeproperum illius obitum (trigesimum enim & tertium ætatis annum non excessit) imperfecta reliquit; Versus quoque multos composuit, atque in primis Elegiarum libros, quibus adolescentiæ*

suæ

suæ amores complexus est, in quibus miram fuisse facilitatem atque affectus audiui. Hos tamen ille diui Platonis exemplo, maturiore iuuenta, Vulcano consecrata, igni absumpsit; id quod factum epistola & pulchro Græco Epigrammate Politianus conqueritur. Nonnulla tamen adhuc ipsius elegiæ leguntur, quæ bonorum quorundam amicorum custodia, ex illo, ut sic dicam, incendio superfuerunt, in quibus quædam pellucens atque rotunda constructio cernitur, quæ mirabile reliquarum desiderium iniiciunt. Extat eius elegia in Beniuenii, poetæ Florentini, eclogas patrio sermone compositas, item altera ad DEum O. M. deprecatoria: has præter unam & alteram pereleganti carmine scriptas puellis Martiæ & Phyllidi Sarrachus ostendit mihi scriba & poeta nobilis. Habent & alii alias, quos inter quædam Thebaldeus noster. Scripsit & alia Picus tum Latina tum vernacula multa.

Hieronymus Sauonarola lib. 1. de simplicitate Christ. Vitæ Conclus. 6. *Vir ingeniosissimus & singularis doctrinæ Comes Joannes Mirandula, in libro, quem aduersus Astrologos, qui volunt futura prædicere, scripsit, subtilissime & sapientissime eorum vanissimam superstitionem improbauit.*

De eodem Trithemius in Catalogo, Codrus Vrceus in epistolis p. 261. & 263. Operum, Petrus Crinitus Lib. 1. c. 7. Lib. 2. c. 2. Lib. 5. c. 1. & Lib. 15. c. 9. de Honesta Disciplina, ut in Poematibus. Ludouicus Cælius Ricchierius, a patria Rhodiginus, in Antiq. Lect. Lib. 10. c. 1. Volaterranus in Anthropologia p. 777. & seq. Operum edit. 1603. Galatinus in Opere de Arcanis Cathol. Verit. p. 22. edit. Hanouiensis. Reuchlinus ibidem p. 611. 714. & 727. Barthol. Blanchinus in Beroaldi Vita. Longolius Orat. 1. Jac. Faber in Ethica Aristotelis folio 144. Lugd. 1535. Joh. Streler in Epistolis Reuchlinianis. Joh. Manardus in Epistolis p. 18. & seq. edit. Basil. Hieronymus Donzellinus sub finem Præfationis in Themistii Orationes a se Latine versas Basil. 1559. Leodegarius a Quercu To. 1. Farraginis Epigramm. Paris. 1565. Theuet dans sa Cosmographie To. 2. p. 764. Scaliger ad Manilium p. 56. 138. 142. & 250. edit. 1æ. Gaulminus ad Libros de vita & morte Mosis p. 230. 278.

288.

288. 303. 308. 357. & 361. Vossius in Opere de Scientiis Mathematicis p. 367. Georgius Hornius in Historia Philosophica p. 311. & alii plures. y)

RAIMVNDVS MITHRIDATES *Romanus*.

CIrca Annum 1495. claruit Raimundus Mithridates, vir Hebraice & Chaldaice doctus, de quo hæc Joh. Albertus Widmanstadius Epistola Præfatoria ad Ferdinandum Imperatorem, in Nouum Testamentum Syriacum edit. Viennensis: *In Italia linguas Orientales excoluit Joh. Pici obtrectator Mithridates Romanus, qui ut uitiosa quadam æmulatione Picum insectari liberius posset,* yy) *Eleazari Catonis * rerum diuinarum Libros quindecim eruditionis recondita plenissimos est interpretatus.*

* Pro *Catonis* legendum *Katon.* h. e. Junioris, cuius Deflorationes Parisiis an. 1651. edidit. Jacobus Gaffarellus.

Testimonia de Mithridate.

JOh. Picus Ignoto Amico, ex Fratta 10. Nou. 1486. *Quisquis es, noster eris, postquam Roberto Salviato nostro, ut per eius accepi syngrapham, es coniunctissimus. Legi literas tuas ad Mithridatem, quas illi absenti reddere non potui. Vt ad ea veniam quæ de Chaldæorum Hebræorumque literis desideras, percunctatus sum ego sæpe in Mithridatem & multos Hebræos de his, quæ apud Hieronymum in Galeato Prologo leguntur.* Paulo post: *Alphabetum Chaldaicum quod petis, nec a Mithridate impetrasses, nihil per illum licet, ut a me impetrare possis, a quo posses omnia. Nam ille docere me linguam Chaldaicam nulla uoluit ratione, nisi adiuratum prius, & quidem conceptis verbis, ne cui-*

y) Aliorum judicia lege in *Thomae Pope Blount* Censura celebriorum Scriptorum p. 350. sq. & M. *Reinh. Henr. Rollii* Bibliotheca Nobilium Theologorum p. 53. Adde illis *Steph. le Moyne* in notis ad Varia sacra p. 858. *Nic. Reusnerum* in Iconibus Clarisf. Virorum Italiae, Graeciae &c. G. 8. nec omitte, quae *Crescimbenius* l. c. & in Volumine II. Commentarii in Historiam Poëseos vernaculae p. 393. attulit.

yy) Is est ר׳ אליעזר הקטון de quo attuli nonnulla in Bibliothecae Hebraeae Vol. III. p. 114.

cuiquam illam traderem : Facere fidem huius rei tibi poteſt noſter Hieronymus Beninenius , qui cum adeſſet forte , dum me ille docebat , furens Mithridates hominem eliminavit.

Idem Marſilio Ficino : *Si tu quicquam de me uel apud Mithridatem uel apud Petrum Leonem conqueſtus es, non poteſt non iniuria id a te factum in me, qui tibi & tuis rebus iniurius nunquam ulla ex parte fui.* Petrus Gregorius in Syntagmate artis mirabil. p. 293. Lugd. 1576. *Raimundus Mithridates Romanus de tropis Hebraicis*, z) *acutum dicit duo loca habere apud Hebraeos.*

FLAMINEVS. a)

DE eo ſic Petrus Galatinus Libro 2. Arcan. Cathol. Verit. cap. ultimo: *Hæc nomina diuina ego ſic omnino punctata pluribus in locis inueni , & præſertim Romæ in Bibliotheca ſummi Pontificis , eo in loco , ubi libri Flaminei, uiri quondam trium Linguarum peritiſſimi , reconditi ſeruantur.* Claruit ante annum 1500.

PAVLVS RICCIVS
Papienſis.

PAulus Riccius, Judæo-Chriſtianus, Maximiliani Imperatoris Medicus , vir in Hebraica literatura præclare admodum verſatus, multa ſcripſit, quorum Catalogus extat

C

z) Hujus libri meminit quoque *Seb. Munſterus*, & ex eo *Car. Joſ. Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebraica p. 213.

a) Eſt ille *Antonius Flamineus*, Siculus, Menenſis, de quo diligenter diſſerit *Antonius Mongitore* in Bibliotheca Sicula Tom. I. p. 67. ſq. Ex eo inter cetera patet, Flamineum Panormi literis omnis generis tinctum, atque hinc Romam profectum, adoleſcentes ad humanitatem cum magna nominis celebritate erudiviſſe, ibique an. 1502. adhuc fuiſſe ſuperſtitem. Legatur de eodem *Jo. Pierius Valerianus* de literatorum infelicitate lib. I. p. 23. & *Pet. Baelius* in Dictionario Hiſtorico & Critico Tom. II. p. 1251. Diſtinguendus hic eſt ab *Anton. Flamineo*, Imolenſi, de quo Ghilinus in Theatro Parte II. p. 192. & à *Lucio Flamineo*, de qvo *Nic. Antonius* in Biblioth. Hiſpanica Nova p. 357. in eo, ut Cl. Mongitore l. c. evincit, deceptus, quod *Antonium* noſtrum eundem cum *Lucio* eſſe perſuaſum ſibi habuit.

extat apud Simlerum, Sixtum Senensem & alios. Filium habuit nomine Hieronymum, Hebraice itidem doctum, cuius Epistolas aliquot non sine voluptate legimus. Claruit cum Patre circa annum 1505. b)

Variorum Testimonia de Paulo Riccio & eius scriptis.

ERasmus Ricardo Bartholino, Antuerp. 10. Mart. 1526. *Paulus Ricius sic me proximo colloquio rapuit, ut mira quadam me sitis habeat cum homine sæpius ac familiarius conferendi sermonem. Præter Hebraicæ linguæ peritiam, quantum ille tenet Philosophiæ, quantum Theologiæ, tum quæ animi puritas, qui discendi ardor, qui docendi candor, quæ disputandi modestia. Mihi sane uir ille primo statim gustu placuit olim Papiæ, cum illic Philosophiam profiteretur; nunc propius intuito magis etiam placet. Is demum mihi uidetur vere Israelitam agere, suoque cognomini pulchre respondere, cujus omnis voluptas, omnis cura, omne otium, ac negotium in divinis est literis. Dignus nimirum animus, cui otium contingat maxime honorificum.*

Hieronymus Riccius Johanni Reuchlino, ex Augusta 20. Aug. 1516. *Occasionem literas ad te dandi attulit clarissimus vir Conr. Peutinger, qui literas tuæ dominationis ad se datas perquam elegantes & doctissimas mihi lectitandas tradidit, ut ex eisdem intelligerem, quam præclare de Parente meo & loquaris & sentias.*

Budæus Erasmo Paris. 1518. *Rex ex Italia Justinianum Episcopum ex Dominicali sodalitio accersendum curauit, & alium Hebraice doctum, nomine, ut opinor, Ritium; iamque habet unum Mithridatis æmulum, qui omnes pene linguas novit, ut aiunt, qui hominem uiderunt.*

Joh. Reuchlinus in Tractatu de Cabala, ad calcem operis Galatiniani, p. 713. edit. Hanoviensis: *De Cabala admodum pauca annis superioribus Joh. Picus Mirandula Comes, & Paulus Ricius, quondam noster, ediderunt.*

Gala-

b) De hoc, si placet, vide, quæ in Bibliothecae meae Hebraicae Vol. I. n. 1817. & Vol. III. accessionum loco, exposui.

Galatinus in Opere de Arcanis Cathol. Verit. p. 22. *De Cabala Paulus Ismelita initia quadam tradidit.*

Huldricus Huttenus in Libello de Guaiaco p. e. 3. Moguntiæ 1524. *Paulus Ricius, sani iudicii Medicus, ac eruditionis proba & singularis, asserit experimento cognitum sibi Diatam Germanis prodesse.*

Janus a Suola in Alphabeto Theologico, Haganoë 1531. p. n. 4. *Ad allegoriam Scriptura discernendam plurimum nostro seculo contulerunt sublimes viri duo Paulus Ricius & Joh. Capnion.*

De eodem Buxtorfius in Bibliotheca Rabbinica p. 416. edit. 1640. Erasmus in Epistolis p. 441. Duretus in Thesauro linguarum p. 48. Inquisitores Pontificii in Indice Librorum Prohibitorum edit. Romanæ, & alii.

FELIX
Pratensis.

FOelix, siue, ut alii scribunt, Felix, natione Hetruscus, patria Pratensis, Judæo-Christianus, Ordinis Eremitanorum D. Augustini, vir trium linguarum studio ac eruditione insignis, Psalterium ex Hebræo in Latinum sermonem vertit anno Domini 1520. Meminit huius Translationis Matthæus Aurogallus Bohemus (de quo alibi) in libro de Hebraicis nominibus. Felicis præterea ductu ac auspiciis, Daniel Bombergus, Typographus non incelebris, literas Hebræas primum didicit, & per Typographiam mirifice propagauit. Claruit A. 1515. c)

Testimonia de Felice & eius scriptis.

FRanciscus Titelmannus Annot. in Psalmos, Paris. 1545.

 pag.

c) Romae prope centenarius mortuus est anno 1539. 5. Novembr. & in Templo S. Augustini sepultus jacet, teste *Philippo Elssio* in Encomiastico Augustiniano p. 193. quem inspicere juverit. Adde quoque Bibliothecam meam Hebraicam Volum. I. & III. n. 1835.

pag. 31. verſa: *Felix ex Judæo noſtris temporibus Chriſtianus factus, Monachus ex Familia Eremitanorum D. Auguſtini,* homo maxima Hebraicarum peritia, nec minori erga Chriſtianam fidem pietate, fideliter in Pſalmos annotavit.*

* Hinc corrigendus Sixtus Senenſis, qui in Bibliotheca S. Felicem Dominicanum fuiſſe exiſtimat.

Eraſmus Henrico Bouillo, Roffæ in Aedibus Epiſcopi, prid. Kal. Sept. *Felix Pratenſis Pſalterii totius nouam edidit interpretationem ab omnibus ſuperioribus admodum diſſidentem; quis huic unquam mouit tragœdias?*

ANDREAS MONGAIVS ALPAGVS
Bellunenſis.

ANdreas Alpagus, Bellunenſis Philoſophus, ac Medicus clariſſimus, iam grandis ætate, comite Paulo Alpago adoleſcente, Fratris filio, Cyprum, Syriam, Aegyptum, ac pene uniuerſum Orientem adiit; idque ut Arabicam linguam penitus addiſceret, & optimos eius linguæ Codices domum referret. Quod ſane egregie præſtitiſſe uidetur, ut ex variis eius Translationibus liquet. Subita morte defunctum Epigrammate laudauit Pierius Valerianus, (Voſſio teſte in Opere de Philoſophia pag. 110.) quod tamen in Pierii Poematibus nuſquam inuenio. Claruit A. 1515.

Sic uero idem Pierius in eximio Libello de Literatorum infelicitate: *Andreas Mongaius Bellunenſis, repentino ſublatus obitu, ſtudioſis potius omnibus quam ſibi fuit incommodus. Ille enim cum diligentem Medicinæ operam dediſſet, depravatis ubique Auicennæ exemplaribus offenſus, Damaſcum uſque profecturus ad antiquos eius auctoris libros perquirendos pelagi tantum enauigauit, terrarum tantum peragrauit. Vbi ea in urbe conſedit, Arabica per ſummam induſtriam & vigilantiam lingua optime percepta tam utilis auctoris ſcripta omnia correxerat, multaque ad hanc ætatem incognita declararat, cum a Senatu Veneto conductus, Patauinæ eſt cathedra præfectus, ut, quam optime callebat, artem edoceret. Paucis vero poſt menſibus à coena, nulla mala*

male cuiuſpiam valetudinis moleſtia praetentatus ſubitario euentu in lectulum inclinatus expirauit.

Teſtimonia de Alpago & eius ſcriptis.

VOpiſcus Fortunatus Plempius Præfat. ad Lect. in Auiſenam a ſe Latine uerſum, Louanii 1658. *In Gerardi Carmonenſis Verſione non pauca mutauit Andreas Alpagus, qui non uertit Auiſenam, ſed ad Interpretationem veterem addidit notulas ex Codicibus pluribus Arabicis, & plura loca reſtituit.*

Georgius Hornius in Hiſtoria Philoſophica 1655. p. 291. *Monuit iam olim diligentiſſimus Auicennæ Verſor, qui eius linguæ ſtudio 30. annos in Syria conſumpſit, Andreas Alpagus in ſua Auicennæ editione, corrupte ſcribi* Auicenna; *ſcribendum eſſe* Ebenſina.

De eodem Garſias ab Horto in Hiſtoria Aromatum a Carolo Cluſio in Epitomen contracta pap. 41. edit. 1593. d)

BAPTISTA SPAGNOLVS *Mantuanus.* e)

BAptiſta Spagnolus vir Hebraice doctus, 15. Kal. Maii, anno uel 1444. f) uel potius quadriennio poſt, è gente honeſta, Ex variis.

d) Scripta noſtri enumerantur à *Chriſtoph. Hendreichio* in Pandectis Brandenburgenſ. p 121. & *Georg. Abrah. Mercklino* in Lindenio Renovato p. 38. Confer *Alphonſi Ciacconii* Bibliothecam Vniverſalem nuper Cl. *Camuſati* laudabili induſtria editam.

e) Communiter hic vocatur *Joannes Baptiſta Mantuanus* v. c. à Reusnero in Iconibus, qui & *Spagnoli* nomen Latine per *Hiſpaniolam* exprimit.

f) Apponemus hic, quæ Laurentius Schraderus in Monumentis Italiae pag. 339. ex Inſcriptione ad effigiem noſtri à Friderico poſitam, & in coemeterio Aedis S. Franciſci Mantuæ viſendam, attulit. Is vero ita: *Baptiſta Spagnuolus, Carmelitarum Prior Generalis, Poëta ac Theologus praeſtantiſſimus M. D. XVI. menſis Martii.*

Alter hic jacet à Marone vates,
Natus Mantuae, & quidem Poëtae
Dignior titulo, niſi incidiſſet

honesta, sed ut Iouius ait, damnato coitu, g) natus est; quod tamen negat Petrus Lucius Belga in Carmelitana Bibliotheca. Ordinis Carmelitarum Prior generalis, ut vocant, Romæ creatus fuit anno 1513. sed exinde anno quarto, ut inuitus honorem susceperat, ita sponte deposuit, partim quod imparem se oneri putaret, partim ut melius sacris studiis uacaret. Carmen scripsit de capta Granata, regnoque toto Mauris erepto a Rege Ferdinando & Elisabetha Regina, anno 1492. Adhæc carmine complexus est Vitas Dionysii Areopagitæ, Basilii, Georgii, & aliorum sanctitatis nomine insignium. Ex parte nimirum præstitit, quod pollicetur Libro 2. Carminum

Si tranquilla quies & tristibus otia curis
Libera me sinerent sanctos inuisere fontes,
Et totos Helicona dies consumere circum:

Prima

In fluctus varios scientiarum,
Quo Musas coluit minore cura.
Primus hic tamen a Marone notus
Mantuae coluit Poëta Musas,
Andinosque bibit sacro ore fontes.

Vixit annos LXXX. *natus* MCCCCXLIV. *anno* XII. *April. quod monstrat hic versus:*

NasCItVr In terras MonaChVS BaptIsta, fVosqVe
VatICIna Versus è genItrICe bIbIt.

Haec velim comparari cum iis, quae Colomesius hic testata reliquit, simul vero conferri, quae *Thomas Reinesius* & *Christianus Daumius*, viri praestantissimi, in epistolis mutuis, Jenae 1670. in 4. editis de *Mantuani* nostri annis natali atque emortuali, ceterisque ad ipsum pertinentibus diligenter disputarunt. Vide inprimis p. 22. 50. 51. 52. 58. & sqq. ubi Reinesius illa *Schraderi* aliorum narrationibus praeferenda judicat.

g) Hunc à nonnullis in dubium vocatum adstruit Cl. *de la Monnoye* in Menagianis Tom. III. p. 211. sqq. Alia eruditorum Virorum, qui ex prohibitis nuptiis nati feruntur, exempla suppeditant *Christianus Weisius* in differt. de spuriis in Ecclesia & re literaria claris, Lips. 1693. habita, *Gerh. Joh. Vossius* in Institutionibus Oratoriis lib. I. p. 63. sq. *Pontus Heuterus* in Tractatu de libera hominis nativitate, *Gabr. Naudaeus* in Naudaeanis p. 73. *Vignolius Maruillius*, scriptor personatus, in Miscellaneis Historicis & literariis Part. I. p. 222. *Almeloveenius* in Amoenitatibus Theolog. & Philolog. p. 42. & *Theodorus Crusius* in Horis otiosis, vernacula lingua editis, Parte X. p. 36. sqq.

Prima salutiferi repetens exordia Christi
Ad suprema meum venisset tempore carmen;
Actaque tentassem maiori singula versu
Texere, & annales melioribus edere chartis.

Vt uero de iis, quae prosa scripsit, taceam, quam multa carmine scripserit, argumento est, quod uersus reliquerit supra quinquies millenos. Celebrant eum Epistolis suis Jouianus Pontanus, Joh. Picus, Philippus Beroaldus, & alii. Obiit Mantuae temporibus Leonis X. anno Christi 1516. aetatis 68. h)

Variorum Testimonia de Spagnolo & eius Scriptis.

JOuius in Elogiis: *Baptista Carmelitani Ordinis Princeps, Mantuae ex Hispaniola gente honesta, verum ex damnato coitu natus, naturam ad carmen attulit, uerum insatiabili Hebraicorum studiorum cupiditate ita occupatam, ut cum magnus & admirabilis in omnibus uideri contenderet, in excolendis Musis curam ac diligentiam remittere cogeretur; quibus unis non dubius ad aeternitatem gradus parabatur, si certa laude contentus, in reliquis inane nomen tempestiue contempsisset. Sed incidit in ea tempora, quibus nullus mediocribus Poetis locus erat, reperit tamen sibi aemulum incondito furore, Consalui magni res gestas decantantem, cuius explosione claresceret: Is erat Cantalicius pro bono poeta ab optimo duce, mediocris etiam uirtutis amantissimo, liberaliter ditatus. Verum & hunc & ipsum quoque Carmelitam, desumpto eodem argumento, Grauina male partae laudis loco strenue deturbauit, quum incohatum poema nobile, Pontano atque Actio censoribus recitasset. Caeterum Carmelita satis ad laudem fuit, quod per quindecim saecula neglectos a Ciuibus Andinos fontes, salubriter ebiberit, scilicet ut fatali monitu limpidioris eius aquae siphones Laelio ac Hippolito Capilupis fratribus monstrarentur. Octogenario maior* * *Mantuae decessit non plane felix, quum in extremo uitae actu defensionem contra Criticos scribere cogeretur, qui eius poemata obeliscis non inanibus misere confodissent. Sacrato Poeta mortuo*

* Fallitur Jouius, obiit Spagnolius anno aetatis 68. ut supra diximus.

h) Respice paulo ante notam f.

mortuo cucullati eius ordinis Sacerdotes prolixe parentarunt. Federicus autem Princeps marmoream effigiem cum laurea posuit, quæ in arcu lapideo, iuxta Virgilii Maronis simulacrum, pia hercle, si non ridenda comparatione conspicitur. i)

Gyraldus in Historia Poetarum sui temporis, Dialogo I. *Quæ mea sit de Baptista Mantuano audite sententiam. Laudo institutum piumque propositum, rerum extemporalis magis quam poeta maturus. Extant illius uersus pene innumerabiles, ex quibus apud uulgus & barbaros quosdam laudem tantam est adeptus, ut unus prope poeta, & alter pene Maro haberetur. At bone Deus! quam dispar ingenium, nam ut ubique Maro perfectus, ita hic immodica & pene temeraria ubique usus est licentia, quam & magis atque magis in dies auxit. Est enim fere natura comparatum, ut qui minus iudicio ualent, & nimio plus sibi placent, eos in dies deflorescere, & senes flaccescere uideamus; nam & his in dies aliquid semper ingenium deteret. Iuuenis ille quidem laudabilior poeta fuit, cum uero ei defedit calor ille & feruor iuuenilis, tanquam amnis, sine obice extra ripas sordide diffluens, coerceri non potuit, vix enim ea legere possumus, quæ longius ille ætate prouectus carmina scripsit. Non ideo hoc de Carmelita vobis dixerim, ut, quas ei statuas Mantuani erexerunt, deiicerem, sed magis, ut uos monerem, quo eum ordine habere debeatis.*

Leandro Alberti in Descriptione Italiæ pag. 387. versa: *Hà dato esser Mantoua à Battista Spagnuolo, Generale Priore dell' Ordine de i Carmeliti, dotto Theologo, ed eccellente Poeta, ed emulo di Vergilio, si come dalle opere sue chiarammente si puo uedere.*

Franciscus Zephirus Epist. Præfat. in Apologeticum Tertulliani a se paraphrasi illustratum, Paris. 1566. *Quid minus obsecro puer edisçat, in Seuero, Lactantio, Hieronymo, itemque in Prudentio, Sedulio, Aratore, Sanazaro, Joh. Bapt. Carmelitano, quam in Cicerone, Suetonio, Terentio, Juuenale, Martiale?*

Plura de Spagnolo qui uolet, adeat Laurentii Cuperi Carmelitæ epistolam, Spagnoli Operibus Antuerpiæ excusis præfixam. k) PE-

---

i) Ex illa effigie repetiit *Laur. Schraderus*, quae superius attulimus.

k) Consulendi præt. rea fuerint *G. I. Vossius* Lib. III. de Historicis Latinis.

PETRVS GALATINVS
Apulus.

PEtrus Galatinus, Minorita, è Judæo Christianus factus, Cl. Wagenseilii iudicio, l) Vir Hebraicæ linguæ scientia clarus, Johannis Potkeni (de quo alibi) in Chaldaicis discipulus, scripsit Opus doctissimum de Arcanis Catholicæ veritatis, in Hebraicis libris, Thalmude præcipue, inuentis, in Reuchlini defensionem; Barii, Apuliæ Peucetiæ in Regno Neapolitano, urbe maritima peractum, anno Virginei partus 1516. pridie Nonas Septembris. * Sunt viri quidam eruditissimi, qui hunc Galatini Librum putant esse compendium Pugionis fidei Raimundi Martini, a clarissimo Jos. de Voisin non multis abhinc annis Lutetiæ uulgati. Alii vero (quorum sententiam haud ægre amplector) Galatinum existimant sua desumpsisse ex Porcheti Carthusiani *Victoria*, in qua ipsissima, quibus Galatinus utitur, verba non semel legas. m) Alia Galatini scripta hæc sunt:

* Hic liber Orthonæ maris primum editus est, dein Basileæ, accurante Fr. Stancharo (de quo infra) ac tandem Hanouiæ recusus.

- Epistola ad Reuchlinum A. 1515. inter Reuchlinianas;
- Oratio de Dominica Circumcisione ad Leonem X. habita, de qua Lib. II. cap. 7. Arcanorum &c.
- Opus in sex distinctum libros aduersus Hogostratum,

D Reuch-

lib. III. cap. XI. pag. 664. sq. (cui, sua fere omnia hic debet Colomesius,) *Adrianus Bailletus* in Judiciis de Poëtis Tom. IV. Parte III. num. 1247. *Philippus*, Anglus, in Theatro Poëtarum recentiorum Anglice edito p. 14. qui eum *Baptistam Faustum*, nescio quo exemplo, appellat, & contra Gyraldum tuetur, nec minus *Lud. Ellies du Pin* in Bibliotheca Scriptorum Ecclesiasticorum Tom. XIV. p. 97. sqq. ut de *Gaddio* & *Frehero* non dicam.

l) Ita quidem persuasum fuit hactenus bene multis, quos ipse appellavi Volumine I. Bibliothecae Hebraicae p. 971. Aliter autem hic sentiendum esse ex Cl. *Alexandri Thomae Arcudii* Galatina erudita p. 56. sqq. intellexi, qui ut in universum de vita Galatini scriptisque cum cura differit, ita Judaeum illum unquam fuisse, argumentis idoneis nixus, inficiatur. Lege, quae hanc in rem dixi Volumine III. Bibl. Hebr. p. 923.

m) Recte ita Colomesium pronunciasse intelligetur ex iis, quae Volum. I. Biblioth. Hebr. p. 972. attuli.

Reuchlini hostem acerrimum; quod pollicetur Lib. ultimo, cap. ultimo ejusdem Operis.

Visuntur etiam Romæ in Bibliothecis Vaticana & Franciscana Aræ Coeli, Galatini ingentes in Apoc. Commentarii, quos ut aliquis prodire foras breui iubeat, quam maxime optamus. Claruit A. 1516.

Variorum Testimonia de Galatino & eius scriptis.

JOh. Potkenus Joh. Reuchlino 25. Janu. 1515. *Componitur Dialogus in tui defensionem per virum doctissimum utriusque nostrum amicissimum, cuius nomen & alias qualitates suo tempore scies. Id nunc te scire sufficiat, quod & Latinus & Græcus est, etiam quoad utramque maternam linguam, & primatum tenet inter Christianos huius sæculi quoad Hebræam & Babylonicam hoc est vulgarem Chaldaicam, & iam a me Johanne literas illas uere Chaldæas, quibus Presbyter Johannes & sui in eorum Sacris utuntur, non ignauiter didicit.*

Joh. Widmanstadius Ferdinando Imp. in N. T. Syriacum edit. Viennensis: *Ad Steuchi & aliorum pulcherrimos conatus, pro singulari eorum merito adiungendos existimo Sanctem Pagninum Lucensem & Petrum Galatinum, qui Capnionem, Hostratiano dissidio varie afflictum, libris duodecim Diuino Maximiliano dedicatis, quos apud Ligures multo antea collegisse, atque illius causa opportunitate in Dialogi speciem transcripsisse ferebatur, tueri aggressus fuit.*

J. Benedicti Liu. 1. c. 7. de sa Somme des Pechez 1586. *Hanc Legum diuisionem fuse probat Galatinus Lib.* 10. *si modo est eius Opus, & non potius doctissimi uiri Martines, a quo Galatinus suffuratus est, si Hermolao Barbaro credimus.*

Le Mesme au Commencement du mesme Ouurage: *Non me latet, Galatinum aliter interpretari hunc Apoc. c.* 12. *v.* 7. *locum, in suis magnis super Apoc. Commentariis nondum excusis, quæ uidi Romæ in Bibliotheca nostra Aræ Coeli.*

Cornel. a Lapide Prolegom. in Apoc.: *Petrus Galatinus scripsit in hunc Librum decem libros, eosque dedicauit Carolo* 5. *Imperatori, extant MS. in Bibliotheca Vaticana ubi eos legi.*

Hen-

Henricus Cornelius Agrippa Amico, Bruxellis 6. Febr. 1532. *Expecto abs beneficentia tua Galatinum, & si quis alius nræ disciplinæ Libellus.*

Amicus Agrippæ Bonon. 5. Kal. Janu. 1532. *Venetiis ad te curaui Petri Galatini Librum per manus cuiusdam mei nepotis commorantis in Curia Cæsarea Ratisbonæ, & quem nobis postea fama attulit fato concessisse. Iccirco, ut sæpe dicebas, tanto ne careres thesauro, eundem librum denuo destinaui per Joh. Scorman, qui hinc pluribus iam diebus discessit.*

Joh. Isaac in Defensione veritatis Hebraicæ contra Lindanum p. 161. 1559. *Quod tu dicis, Judæos minus hoc vocabulo* Siloh *urgeri, quam illo*: Qui mittendus est, *nemo non uidet contrarium esse longe uerissimum, quod & Petrus Galatinus, vir insignis pietatis & incomparabilis eruditionis, comprobat.*

Scaliger Casaubono p. 498. Opuscul. 1610. *Scito, Libros Galatini esse Compendium duorum ingentium voluminum, quibus titulum* Pugionem fidei *fecit Author Raimundus Sebundus. Ji libri adhuc extant in Collegio Fuxensi Tholosano, ex quibus omnia hausit Petrus Galatinus, Franciscanus, qui nomen authoris tacuit, uel ut sibi opus uendicaret, vel quia semper acerrimum intercessit inter Dominicanam familiam & Franciscanam odium, ut ne hodie quidem τὰ ζωπύρα desint pristinæ simultatis. Multa sunt in illis disputationibus, quæ sine delectu legere periculosissimum est, non pauca etiam conficta, uel a Christianis, qui Hebraismum dedicerunt, quædam quoque a Judæis, qui ad Christianos non ex pietate sed ex iniuria gentis suæ defecerunt.* Lege sequentia.

Casaubonus Scaligero 6. kal. April. 1604. *Ex tuis literis primum didici Galatinum ex Raimundo Sebone multa esse mutuatum. Vtinam extarent Sebonis Opera!*

Gabriel Naudæus in Bibliographia Politica: *In Judaica religionis notitia præclarè admodum uersatus est Petrus Galatinus, Monachus ex ordine S. Francisci, aut potius Raimundus Sebondus, professione Medicus, cuius præter libros de Theologia naturali, duo insuper volumina ingentia in Collegio Fuxensi Tholosano etiamnum hodie sub titulo* Pugionis fidei *conservantur. Ex quibus, si Josepho Scaligero fides est habenda, omnia sua hausit & transcripsit Galatinus, dissimulato ipsius Sebondi nomine; non tam propter*

acerrimum, quod semper extitit inter Dominicanam familiam & Franciscanam odium, quemadmodum maligne cauillatur Scaliger, & fortassis etiam imperite; quam ut eruditum istud opus accessione quadam augeret, & sibi uendicaret locupletatum ita atque expolitum. Quod equidem utrum a Galatino factum fuerit, & an ista aut alia ratione, tuum est omnino statuere, Eruditissime Gaffarelle, qui lingua S. difficultates omnes grallatorio passu superasti.

Jaques Gaffarel dans ses Curiositez inouies p. 39. de l' edit. 1650. *Je montreray ailleurs, que jamais Galatin ne fut l'Autheur du docte Liure*: De Arcanis Catholicæ veritatis.

Cl. Sarrauius Alexandro Moro 1642. p. 56. Epistol. *Maussacus Præses ad urbem est, editurum se minatur Pugionem fidei Ramundi Martini (non autem Sebondi, ut uolebat Jos. Scaliger) quem Galatinus compilauit.*

Buxtorfius Junior in Consilio de studio Hebraico utiliter instituendo, sub Casp. Scioppii nomine Amsterdami excuso: *Ex iis qui contra Judæos disputarunt, est Petrus Galatinus in Libro de Arcanis catholicæ veritatis, quamuis hic omnia sua (suppresso tamen nomine) desumpserit ex Libro Raimundi Martini, quem uocat* Pugionem Christianorum, *qui author ante* 400. *circiter annos vixit. Ante paucos annos in lucem editus & notis eruditis illustratus est a Josepho de Voisin Burdigalensi, Paris.* 1651. *fol.*

Joh. Morinus in Exercit. Biblicis p. 16. & seq. edit. Paris. 1633. *Loca quædam Scripturæ a Judæis fuisse deprauata etiam asserit Petrus Galatinus, Franciscanus Monachus, cuius eruditio Hebraica ab omnibus merito laudatur, cuique omnia fere, quæ cæteri authores de Rabbinis & Thalmude citant in fidei Christianæ defensionem, accepta referri debent: Ab eo enim, licet forte nonnulli sileant, ista mutuati sunt. Sed ipsius sententiam post Porchetum inutile est referre. Quæcunque enim habet Galatinus toto Libro suo, a Porcheto Carthusiano desumpsit, nec Porcheti uel de nomine mentionem fecit. Plagium sane portentosum, cui vix simile unquam factum est. Nam Galatini Liber nihil aliud est quam Porcheti exscriptio ipsissimis Porcheti uerbis, atque etiam Hebræorum textuum translationibus conseruatis; hoc si excipias*

quod

quod elegantiæ causa quædam uerba & uerborum constructiones immutantur. Est enim Porcheti phrasis Galatiniana multo simplicior: Deinde alius est ordo Galatini & minutius distinctus, ideo ex uno Porcheti capite duo uel tria componit & uarie digerit, in qua dialogica sermocinatione alium paulo colorem inducit; Sed in materia de qua agimus, uterque unum tantum caput confecit. Mirati sane sumus, Galatinum Porcheto recondita Judæorum Historia nihil superaddere præter frequentia testimonia ex Libello גלי רזייא *quem Judei omnes ignorant. Citat etiam pauca quædam ex Libro Zohar, qui, cum uiuebat Raimundus, Judæis erat incognitus, utpote ab iis in explicationem & confirmationem deliriorum Cabalisticorum nondum confictus, aut certe adhuc in cunabulis sinuque parentis. Nonnulla alia μυστηριώδη Porcheti sententiis interserit Galatinus, sed ubi Porcheti dictata supergreditur, Galatinum deserunt Authores Hebræi, qui sententiam confirment, plerumque Hebræis animaduersionibus, hoc scipione subducto, sæpe innititur. Porchetum excusum non uidit Galatinus, aut saltem ante excusum Arcana sua composuerat: Excusus est enim Porcheti Liber Parisiis anno salutis 1520. id procurante Augustino Nebiensi Episcopo, linguarum Orientalium homine callentissimo; Galatinus autem Opera sua Maximiliano Jmperatori dicauit, qui anno uno, editionem illam præcedente, diem obierat.*

Waddingus in Scriptoribus Ord. Minorum p. 281. ait plurima se Galatini scripta, nondum edita, habere, polliceturque se ea aliquando in lucem daturum esse. In his fuere Commentarius in Apoc. Tractatus de recta S. Scripturæ Interpretatione, & Opus singulare de Ecclesia instituta, destituta & restituta.

De eodem Reuchlinus in Epistolis Reuchlinianis. Paulus Fagius Præfat. ad Lectorem in Versionem Targum Onkeli. Joh. Isaac in Grammat. Hebræa p. 2. edit. Antuerp. 1564. & Libello contra Lindanum (de quo supra) p. 82. 161. & 165. Joh. Mercerus in Abbreuiaturis p. 133. Tabulæ in Grammat. Linguæ Chaldææ, edit. Parif. 1560. Vt p. 9. versa Commentariorum in Jobum edit. Thom. Bezæ. Gesnerus in Biblioth. p. 549. Joh. Quinquarboreus Præfat. ad Lector, in Targum Jonathæ in Oseam &c. 1556.

Sixtus Senensis in Biblioth. S. p. 194. edit. Venetæ. Buxtorfius Epist. Præfat. in Lexicon Hebr., Basil. 1607. Caspar Waserus (de quo alibi) notis ad Mithridatem Gesneri Tiguri 1610. Drusius in Præteritis p. 163. edit. 1612. Vignierius in Indice Authorum Theatri Antichristi. Christophorus Cartwrightus Præfat. ad Annot. in Genes. Buxtorfius in Recensione Operis Thalmudici edit. 1640. p. 234. bis 235. 238. 241. 242. 243. 245. & 246. bis. Sixtinus Amama in Antibarbaro Biblico 1656. p. 318. & seq. Seldenus Lib. 2. de Synedriis Hebræorum p. 143. & alii multi. n)

FREDERICVS FREGOSVS
Genuensis.

DE hoc Præsule Widmanstadius Epistola Præfat. ad Ferdinandum Imp. in N. T. Syriacum Viennæ 1555. *In Italia literas Hebraas excoluerunt duo Romana Ecclesia Senatores, Hieronymus Alexander Brundusinus, & Fredericus Fregosus, Salernitanus Archiepiscopus; & huius popularis Augustinus Justinianus Nebiensis, alterque Augustinus Steuchus Kisamensis Episcopus.* Frederico Fregoso Institutiones suas Hebraicas dicat Sanctes Pagninus, eumque variis Epistolis compellat Petrus Bembus. Claruit A. 1520. o)

BAN-

n) Inter hos familiam facile ducunt *Arcudius* in Galatina illustrata, modo laudata, *Dominicus de Angelis* in Vitis eruditorum Salentinorum, Neapoli 1713. in 4. editis, *Leonh. Nicodemus* in Additionibus ad Nicol. Toppii Biblioth. Neapolitan. p. 201. sqq. & Vener. *Johannes Fabricius* in Bibliotheca Fabriciana Tomo II. p. 380. sqq.

o) Obiit an. 1541. die XXII. Julii, quod testatum reliquit *Alphonsus Ciacconius* in Vitis Pontificum & Cardinalium sub Paulo III. p. 1123. & 1135. Alia de nostro lege apud *Raph. Sopranem* de scriptoribus Liguribus, *Vbertum Foliettam* de Claris Liguribus, *Ferdinand. Vghellium* in Italia Sacra, *Franc. Sansovinum* de familiis Italiae, *Augustinum Oldoinum* in Athenæo Romano p. 215. & *Joh. Marium Crescimbenium* in Commentario super historiam Poëseos vernaculae Vol. II. lib. 4. pag. 201. ubi inprimis a poetica facultate laudatur. *Fulgosum* alias appellari vix est, ut moneamus.

BANDINVS PTOLEMENVS *Senensis.*

CIrca annum 1530. claruit Bandinus Ptolemenus Senensis, qui iuuenis admodum, Græcis Latinis & Hebraicis literis eruditissimus, Mathematicarum etiam cognitione nobilis, stylo præterea ad omnes animi cogitationes explicandas valde elegans, per studiorum huiusmodi assiduitatem, laboresque & vigilias in eam incidit valetudinem, qua cum grauissime complusculos dies ægrotasset, ante trigesimum ætatis annum ademtus, & Lactantium * germanum fratrem, ipsum quoque eruditissimum, acerbissima in solitudine, & tam Senensem quam Romanam Academiam, magno in sui desiderio perpetuoque mœrore dereliquit. *Hæc Pierius in Libello de Literatorum Infelicitate.*

* Is est opinor Lactantius Ptolemæus, de quo Widmanstadius in aurea Epistola ad Ferdinandum Imp. N.T. Syriaco præfixa.

AVGVSTINVS IVSTINIANVS *Genuensis.*

AUgustinus Justinianus patria Genuensis fuit, professione primum Dominicanus, dein Nebiensis in Corsica Episcopus, Vir πολύγλωττος, quippe Latine Græce, Hebraice, Chaldaice & Arabice doctus, præclareque inprimis de Ecclesia meritus, Psalterii p) illius celeberrimi editione Leoni x. dicata, cuius exemplar hisce diebus uidi in Bibliotheca D. de Lortie, Theologi Rupellensis. Idem Italice scribere aggressus est Historiam Genuensium, sed parum ad eam rem idoneus, præcipitatæ editionis, ut cum Jouio loquar, male audiendo pœnas dedit. Insulam Corsicam etiam descripsit & in tabulam redegit, ut ipse in Genuensi Historia testatur, eumque in Italia sua exscribit Leander de Corsica tractans. Interfuit Romæ

p) Laudat illud ex merito *Pet. Dan. Huetius* de Claris Interpretibus pag. 183. Lucri faciendi causa editionem ejus susceptam ex ipsius Justiniani testimonio in historia Genuensi tradit *Richardus Simon* in Epistolis selectis Tom. III, p. 96.

Romae Concilio Lateranensi, quod celebrari coepit A. 1514. ac desiit A. 1517. Circa annum 1518. Lutetiam a Francisco Rege euocatus, biennio post, Porcheti Victoriam ac Versionem Latinam q) *More Neuochim* * R. Mosis Majemonidis ibidem euulgauit. Anno 1530. r) Genua in Corsicam soluit, ad Ecclesiam suam profecturus; nec ex eo tempore unquam uisus est. Vtrum tempestate obrutus fuerit, an in praedonum manus uenerit, non constat. De eo sic Latomus:

* In Schalscheleth p. 63. mentio fit cuiusdã R. Mantenu Itali qui Librum *More Neuochim* in linguam Latinam vertit: Sed an is author sit Versionis, ab Episcopo Nebiensi editae, dubitat Buxtorfius Junior, Praefat. in idem Opus a se Latine uersum A. 1629.

Justinianus quo abierit ne quaerito,
Id scire Olympi quando te Rex noluit,
Sacro trilingui quem edito volumine
Ad alta Coeli transtulit Palatia,
Exemplo humatum clanculum Mosaico,
Ne forte busto lachrimas si impenderes
Ne quicquam ocellos lachrimasque perderes.

Variorum Testimonia de Justiniano & eius scriptis.

Jacobus Faber in Epistolas Lib. 14. c. 2. edit. 1531. *Psalterii nobilem Octaplum insignis uir multarum linguarum, utpote Lat. Gr. Hebr. Chald. & Arabicae gnarus, Augustinus Justinianus, Episcopus Nebiensis, Ordinis Praedicatorii, hac nostra tempestate edidit.*

Joh. Sauignaeus Lectoribus in Lib. Fr. Patricii de Regno

q) De hac versione lege, si placet, quae attuli in Volum. III. Bibl. meae Hebraicae p 780.

r) Annum 1536. finem nostro attulisse ostendit *Pet. Baelius* in Dictionario Historico & Critico Tom. II p. 1711. Idem confirmant P. *Jac. Quetif* & P. *Jac. Echardus* in Scriptoribus Ordinis Praedicatorum Tom II. p. 97. his verbis; *Demum suos revisere cogitavit, Januamque repetiit, & in ea ad annum MDXXXVI. usque remansit, quo sponsae suae flagrans amore & desiderio mare conscendit, Ligusticoque solutus portu, tempestate suborta, naufragium passus, summo suorum desiderio & luctu, summo & Ecclesiae suae, & universae, literatorumque dispendio irati maris fluctibus absorptus est & suffocatus, aetatis suae 66, sorte dignus meliori.*

Regno Regisque institutione 1519. *Voculas aliquot Gracas atque versus passim restituimus, illustrium uirorum consilio nonnunquam freti, præsertim Reuerendi in Christo Patris D. Augustini Justiniani, Episcopi Nebiensis, præter linguas Græcam & Latinam, Hebraica, Chaldaica, & Arabica peritissimi.*

Erasmus Budæo Louanii 11. Kal. Janu. 1518. *Justinianus Episcopus nos inuisit Louanii: Visus est homo candidus, minimeque uirulentus, proinde dolet, quod illius nomen in Apologia perstrinxerim. Insigni nota designaram eam paginam, semelque denuntiaram Typographo, ne qua omnino excuderetur nisi a me recognita: atque hac sola me inscio fuit excusa. Vbi sensi, coegi, ut eandem a me temperatam denuo excuderet, nam hac gratia notaram.*

Idem Gul. Neseno Mechliniæ 12. Kal. April. 1519. *Ex amicorum literis intelligo, R. P. Augustinum Nebiensem Episcopum strenue vociferari aduersus Erasmum, etiamsi nondum adducor ut credam. Quod si verum est, longe dissimili negotio fuimus utrique occupati. Ego dum hic illius candorem laudo, ille istic me traducit.*

Gul. Budæus Erasmo Paris. 1518. p. 159, huius Epistolarum 1538. *Rex ex Italia Justinianum Episcopum ex Dominicali Sodalitio accersendum curauit.*

Petrus Galatinus Lib. 1. c. 7. Operis de Arcanis Catholicæ veritatis: *Augustinus Justinianus, Nebiensis Episcopus, in Psalterii Scholiis nonnulla de Cabala latius retexit.*

Leandro Alberti in Descript. Jtaliæ p. 19. versa, edit. 1596. *Agostino Giustiniano, Vescouo di Nebbio, dell' Ordine de' predicatori, dignissimo Theologo, ornato di Lettere Grece, Ebree, Arabe, e Chaldee. Diede quest' buomo à i Latini molte Opere, ch'erano Grece ed Ebraice, e scrisse un gran uolume d' Historie di Genoüa in uolgare, con la descrittione dell' Isola di Corsica.*

Nic. Clenardus in Epistolis p. 33. edit. Plantini: *Nemo hactenus, quod scimus, apud Christianos Arabicam linguam professus est, nam Psalterium illud Nebiensis Episcopi nullos erudiuit.*

Idem p. 92. *Egi non semel apud D. Damianum de Bibliotheca Episcopi Nebiensis, qui libris Arabicis pulchre instructus*

erat. Oro ut & tu, Joachime doctissime, quoque memineris, ut sciamus, uiuat, an mortuus sit.

Idem p. 213 *In vniuersa Flandria tantum circunferebatur Psalterium illud Nebiense quinque descriptum idiomatibus, Latino, Græco, Heb. Chal. & Arabico: quod simul atque primum conspexi, impotenti correptus rei desiderio, tametsi nihil adesset, quod saltem Alphabetum commonstraret, euoluere tamen cœpi, & curiositate stimulante, rationem mihi reperisse credebam, qua peregrinæ linguæ characteres assequerer. Quando enim non ignorarem, propria ista uocabula, hominum, regionum, montium, fluuiorum & consimilium, eisdem fere syllabis & sono efferri apud Hebræos & Chaldæos, idem obtinere suspicabar in Arabicis. Nec me fefellit ista suspicio, inprimis eo perpendendo Psalmo, cuius est initium:* Deus quis similis erit tibi? *ibi enim plurimæ comparent uelut fodinæ auri Arabici, hoc est dictiones, è quibus liceret rimari alphabetum, verbi gratia* Israel, Idumæi &c. *è quibus de literarum figuris leue indicium feci, & tam difficili usus magistro, nolui pergere ad capessendam adeo horridam & asperam linguam.*

Jouius in Elogiis: *Augustinus Justinianus Genuensis è Secta B. Dominici, linguarum uarietate delectatus, Instrumenti veteris nouique Textus Hebraicos, Græco & Chaldæo sermone perscriptos curiosis repræsentauit, graui quidem sumptu, & tenui laude, cum impressa domi prælata Volumina emptores rarissimos inuenirent; Sic ut temere conceptam spem lucri inanes initæ rationes eluserint. Sed factus inde Nebiensis Antistes, scribendæ Historiæ negotium suscepit, adeo ineptis ad id ingenii uiribus, ut præcipitatæ editionis male audiendo poenas daret. Nec multo post cum e Genua in Corsicam, incerta adhuc tempestate, traiicere uellet, in cursu fluctibus obrutus, aut à Poenis prædonibus interceptus creditur, cum nullum usquam naufragii aut Piratarum prædæ uestigium apparuerit.*

Sixtus Senensis in Bibliotheca S. pag. 327. & seq. edit. Venetæ: *Augustinus Nebiensis, in Corsica Insula Episcopus, patria Genuensis, ex illustri Justinianorum familia, Prædicatorii ordinis Professor observantissimus, Theologus sincere doctus, & linguarum omnium, quæ toto terrarum orbe dispersæ sunt, peritissimus,*

non

nouo & ingenti ausu primus omnium utrumque sacra Legis Instrumentum quinque pracipuis linguis Heb. Chald. Gr. Lat. & Arabica in unum corpus, Octapla *inscriptum, redegit, tanto artificio, ut in singulis paginis octo columnas disponeret, in quibus omnes pradicta lingua, propriis characteribus expressa, totidem lineis, totidemque uerbis sibi correspondentes, uno eodemque aspectu cernerentur. Huius tam praclari Operis ego duo tantum Volumina uidere merui, uidelicet ex Veteri Testamento, ad Leonem X. Pont. Max. in totum Psalterium, Octaplum typis excusum, & ex N. T. in vniuersa quatuor Euangelia Octaplum, ipsa Authoris manu, atramento minioque descriptum. Floruit eruditissimus hic uir sub Leone X. Pont. Max. Roma in Concilio Lateranensi clarus; moriturque maritima tempestate absumptus A. salutis nostra* 1530. *dum in Corsicam ad Ecclesia sua administrationem nauigaret.*

Gesnerus in Bibliotheca pag. 105. 1545. *Vtrumque Augustini Justiniani Epistolam ad Bendinellum de Saulis Cardinalem, & Prafationem in N. T. editionem Latine & Hebraice scriptam, cum aliquot versibus primi capitis Matthai a D. Conrado Pellicano, colendissimo Praceptore, accepimus, qua ipse olim Roma descripserat A. D.* 1517. *ab Authore accepta.*

Gul. Postellus in Libello de linguarum affinitate 1538. *Augustinus Nebiensis Psalterium, quorundam sibi captiuorum Arabum diligentia, nobis tradidit.*

Joh. Isaac in Defensione veritatis Hebraicæ contra Lindanum p. 101. 1559. *Johannis Fabri authoritatem citat in Psalterio quinque linguarum Reuerendissimus Pater Augustinus Justinianus, Episcopus Nebiensis, Vir non tam eruditione & multarum linguarum peritia celebris, quam religione & pietate admirandus.*

Thomas Erpenius in Orationibus de lingua Hebraica & Arabica, Leydæ 1621. pag. 74. *Augustinus, Nebiensis Episcopus, Psalterio suo sextuplo celebris, itinere in Asiam suscepto periisse naufragio creditur.*

De eodem Casaubonus in Gregorii Nysseni Epistolam ad Ambrosiam &c. pag. 95. edit. Paris. 1606. Widmansta-

manſtadius Epiſt. Præfat. in N. T. Syriacum Viennæ excuſum, & alii. s)

DANIEL RHENERIVS
Venetus.

HUnc a trium linguarum cognitione laudat Fr. Maſſarius Notis in librum 9. Plinii p. 126. Baſil. 1537. his verbis: *Alcyonius nihil ingratum magis ac humanitati omni alienum committere poterat, quam non fateri per quos profecerit.* * *Adſunt teſtes Daniel Rhenerius, Senator grauiſſimus, & Latinis Græcis & Hebrais literis præſtantiſſimus, & Egnatius noſter vir multi ſtudii.* Claruit A. 1530.

* More ſuo egit Alcyonius. Non deſunt enim, qui exiſtiment, Ciceronis libros de Gloria eum furto auertiſſe, ac ex iis compilaſſe libellum de Exilio. Lege Paulum Manutium in Ciceronis Epiſtolas ad Atticum p. 409. verſa, edit. Venet. 8°. & Jouium in Elogio Alcyonii.

Alia Teſtimonia de Rhenerio.

SCipio Carteromachus *Dan. Reinerio Patricio Veneto*, in Orationem de laudibus linguæ Græcæ, Tomo 1. Theſauri Henr. Stephani præfixam.

Dominicus Maſſaria *Dan. Rainerio Senatori grauiſſimo integerrimoque* in Tractatum de ponderibus & menſuris, ad calcem Operum Meſuæ 1541.

De eodem Pierius Præfat. in Lib. 33. & circa finem Lib. 37. Hieroglyph.

PETRVS MARTELLVS
Florentinus.

PEtrus Martellus, Florentinus, inter ætatis ſuæ literatos non

s) Plura de noſtri vita, fatis, ſcriptis, collatisque in eum elogiis ſuggerent *Ferdinandus Vghellus* in Italia Sacra Tom. IV. fol. 1411. *Michaël Juſtinianus* de Scriptoribus Liguribus pag. 16. ſq. *Auguſtinus Oldoinus* in Athenaeo Liguſtico, *Nicol. Angelus Caferri* in Syntagmate Vetuſtatis, *Petrus Baelius* in Dictionario Hiſt. & Critico Tom. II. p. 1711. & 1712. *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra paſſim, & noviſſime diligentiſſimeque P. *Jac. Quetif* in Scriptoribus Ordinis Praedicatorum Tom. II. p. 96.-100. Lege quoque de noſtro *Alphonſum Ciacconium* in Bibliotheca Vniverſali.

non ultimum obtinuit locum, siue tu Græca siue Latina siue etiam Hebraica posceres: multæ etiam lectionis in omnibus disciplinis fuit. Epistolas eleganter, Epigrammata acute & erudite conscripsit. Indignissima tamen totius fere corporis valetudine excruciatus, articulis miserabiliter affectis, paralysi, & stomachi cruditate, & sexcentis aliis incommodis afflictatus diutissime decubuit. Qua morbi & magni & diuturni atrocitate factum est, ut doctissima, quæ parturiebat, opera parere non potuerit, sed ea tanquam abortiva & imperfecta reliquerit, magna quidem nominis sui, sed longe maiori studiosorum omnium iactura. Quatuor tamen libros exactissimæ interpretationis in Mathematicas disciplinas Braccius eius filius ab interitu vendicarat, vel ipsius auctoris de se testimonio absolutos, atque ii Barbarorum manus effugerant, Braccii ipsius diligentia in Arcem Aeliam asportati. Sed enim in Petri Alcyonii manus cum incidissent, ita suppressi sunt, ut nusquam amplius apparuerint. *Hæc Pierius in Libello de Literatorum Infelicitate.* t)

THESEVS AMBROSIVS
Papiensis.

THeseus Ambrosius, ex Comitibus Albonesii, Juris Lateranensis, ac S. Petri in Cœlo aureo Papiæ Præpositus, Vir linguarum Orientalium, sed Syriacæ præsertim peritissimus, scripsit Isagogen in Chald. Syr. Armenam ac decem alias linguas, Characterum differentium Alphabeta circiter 40. Mystica & Cabalistica quam plurima, & Descriptionem ac Simulachrum Phagotti Afranii Musici Instrumenti, Papiæ A. 1539. De huius vita & studiis sic Widmanstadius Epist. Præfat. ad Ferdinandum Imp. in N. T. Syriacum edit. Viennensis: *Cum Leo X. Patrum Concilium a Julio 2. conuocatum ad Lateranum haberet, missi eo ex Syria fuerunt Legati Acurius Josephus Sacerdos, Moses Monachus*

t) Celebrat eundem P. *Julius Negri* in Historia Scriptorum Florentinorum p. 465.

Diaconus, & Helias Hypodiaconus, homines religiosi & eruditi, qui Theseum Ambrosium Albonesii Regulum, JCtum, literas Syriacas tum docuerunt. Is annis postea multis intra Monasticas sellas (erat enim uoto suo S. Augustini Canonico instituto obstrictus) meditando tantum profecit, ut Syri quoque ingenium ipsius, & acrem præsentemque in eo labore animum vehementer admirarentur. Cæterum cum ego Christianæ salutis A. 1529. in Diui Caroli Cæsaris inuictissimi, sacri Diadematis causa, Bononiam proficiscentis comitatu essem, & mihi contubernalibusque meis, Regii Lepidi a Metatoribus hospitium, iuxta Coenobium, ubi Theseus iam senex uitam agebat, forte attributum fuisset; postridie ejus diei Templum ingressus, Venerandum Senem casu obuium salutaui, qui ut me de Coenobii Bibliotheca rarisque in ea Libris sciscitari intellexit, e uestigio in Conclaue introduxit, & arreptis è pluteo SS. Euangeliis Syriace scriptis, Hospes, inquit ingemiscens, peregrinis his studiis deditus sum annis circiter 15. eaque sine riuali ad hanc diem amaui. Vtinam obueniat mihi aliquando prompto paratoque ingenio uir, qui Sermonem hunc J. C. sanctissimis labris consecratum, posteris tanquam per manus tradendum, nam ætas mihi prope iam exacta est, a me accipere uelit. Cui ego, Pater, inquam, si paucarum horarum operæ parcere uolueris, auditorem me habebis in hac ipsa expeditione expeditissimum. Quo audito Theseus, omnes in ea lingua Thesauros multo sudore sibi comparatos protulit, manuque sua, quantum angustia temporis, ingeniique mei vires tum ferebant, ex Commentariis suis descripsit, & mibi ea obtestatione suppeditauit, ut quo me beneficio tum complecteretur, id olim apud Ecclesiam JEsu Christi collocarem. Hactenus Widmanstadius. Obiit circa annum 1531. u)

Gul. Postellus in Alphab. 12. Linguarum 1538. *Vir ad rem Christianam ornandam natus, Frater Ambrosius Papiensis, Ferrariæ habet excussas formas. Fuit nescio quot Annos apud summos Pontifices, conductis inde a Syria hominibus doctis, uersatus diligenter in lingua Chaldaica.*

FRAN-

u) Vel potius anno 1540. Isagoge certe ejus Papiae 1539. prodiit. Confer *Hieron. Ghilini* Theatrum literatorum Parte II. p. 230. *Christoph. Hendreichium* in Pandectis Brandenburgicis p. 146. & alios ab eo citatos, quibus adde *Theodori Eberti* Eulogia JCtorum & Politicorum centum, qui literas Orientis coluerunt, p. 8. & 9.

FRANCISCVS GEORGIVS *Venetus.*

CIrca annum 1532. Venetiis claruit Franciſcus Georgius ordinis Minorum, vir Hebraice doctus, ſed Platonicis ac Thalmudicis opinionibus nimio plus adhærens. De eo in hæc verba Amicus quidam ad Agrippam ſcribens, Bonon. 5. Kal. Janu. 1532. *Hoc amplius nolo te ignorare, me in Itinere meo Italico Patauii conveniſſe Patrem Fr. Georgium Venetum, qui Librum de Harmonia Mundi* x) *conſcripſit, qui cum iturus eſſet Venetias, conferre eumque alloqui breuiſſimo colloquio mihi licuit; qui quidem poſtquam de te & de noſtris ſtudiis mentionem feciſſem, mirum in modum ingenio tuo gauiſus eſt, mihique pollicitus eſt, quicquid poſſet, in rem meam facturum libentiſſime, ſeque mea hac cauſa me Venetiis ſeptem menſes expectaturum. Illud & quidem mihi affirmauit, eos Hebraos libros, quos tu & ego tantopere & cupimus & perquirimus, apud ſe eſſe, neque eos mihi negaturum; verum legendos, non autem exſcribendos, cum id præcipue cauſaretur rem nimis & longam & difficilem fore.* Hucusque Amicus ille.

Alia Teſtimonia de Georgio & eius ſcriptis.

SIxtus Senenſis in Bibliotheca S. *Fr. Georgius Venetus, Ordinis Minorum regularis obſeruantia, cuius extat inſigne Opus de Harmonia Mundi, Vir Platonica Philoſophia cultor, Sacrarum literarum ſtudioſiſſimus, & varia multorum authorum lectione imbutus, edidit in ſelectiores quoſdam locos totius divina Scriptura Problematum Libros octo, eruditos quidem, ſed ob Platonicas & Thalmudicas quasdam opiniones, quibus hinc inde reſperſi ſunt, cenſum gravi ac diligenti dignos.*

Leo-

x) Summa libri rarioris capita habes in Obſervationibus Hallenſibus Literariis Tom. II. Obſervat. XVI. De vita & reliquis ejus ſcriptis lege *Waddingum* in Scriptoribus Ordinis Minorum p. 119. & *Willotum* in Athenis p. 127. & 138.

Leonico Goldioni p. 179. delle cose Marauigliose di Venetia, A. 1603. *Francesco Giorgio fiori nelle lettere sacre stupor di tutti gli Osseruanti della Regola di San Francesco, percioche egli fu Frate. Ed essendo celebre per molte sue qualità, fù molto stimato dà Theologi moderni.*

De eodem alii plures.

ALOYSIVS siue LVDOVICVS GRIFALCO

Venetus.

EOdem, quo Georgius, tempore, Venetiis claruit Aloysius Grifalco, vir Hebraicæ linguæ sciens, & Petri Bunelli (quem ob dictionis puritatem ac elegantiam Ciceronem alterum iure nuncupes) in Hebraicis Præceptor. Hoc Bunellus ipse testatur in Epistola ad Aemilium Perrotum Venet. data, 8. Eid. Nouemb. 1531. *Do operam*, inquit, *literis Hebraicis, sed quasi aliud agens: utor praeceptore Aloysio Grifalcone & Oratore.* Et in alia ad eundem, Venet. 7. Kal. Mart. *Superioribus diebus cum Aloysius Grifalco, audiente Oratore, peregrinationem Romanam mibi dissuaderet, & ad metum Bellum Turcicum proponeret, suasit contra Orator, ut hac ipsa de causa in uiam quam primum me darem, quo scilicet quæ supersunt Rom. urbis uestigia, priusquam penitus deleantur, spectare possim.*

Grifalconis in linguis peritiam firmat Leonico Goldioni p. 180. delle Cose Marauigliose di Venetia 1603. his uerbis: *Luigi Grifalconi fu gran Filosofo e di molta profonda dottrina. Hauea cognitione di molte lingue. Era eloquente e d' alta memoria. E con faconda e piaceuole eloquenza giouando a gli ascoltatori, dilettaua altri, volentieri insegnando la bella uia, per la qual l' huomo dee caminare in queste tenebre mondane.* Hæc Goldioni.

ÆGIDIVS

ÆGIDIVS DE CANAPINA *Viterbienſis.*

AEgidius de Canapina, Auguſtinianorum Eremitarum primum Magiſter, dein a Leone X. Cardinalis creatus, Præceptore in Hebraicis uſus eſt Elia Leuita Iudæo-Chriſtiano, (de quo alibi) in Arabicis uero Leone Afro, & Auguſtino Juſtiniano; a quibus tantam Hebraiſmi ac Arabiſmi i intelligentiam hauſit, ut inter ſuos atque alibi doctiſſimus ſit habitus. Audi Iouium in Elogiis: *Non eſt*, inquit, *cur te prætercam, Aegidi, humili quidem loco, uerum maxime illuſtri fato Viterbii nate: Chriſtiani ſcilicet Oratoris in ſacra pergula, primum atque ultimum decus merite: quanquam egregia illa ex arcanis Moſeos deprompta, ſublimis ingenii monumenta tenebris adhuc impie ſupprimantur. Præſtantiſſimum enim præceptorem facile ſuperaſti, Marianum ſcilicet Genezanenſem, Pontani & Politiani admiratione eruditoque præconio inclytum; qui nequaquam tanta ex Græcis noui & Veteris Inſtrumenti enarratoribus præſidia compararat, neque penetrarat ad Chaldæos, ut admiranda noſtræ Legis fundamenta reuelaret; neque concionibus prædulce illud & nobile poeticum melos inſtillarat, ut ſuſpenſos arrectis auribus animos, ſuauitate carminum ad colendam pietatem reuocaret. Sed Aegidius quum in ſuggeſtu vere admirabilis, æquo iudicio per omnes urbes Oratoriæ facultatis lauream mereretur, etiam domi lepidiſſimis ſermonibus nouam laudem ferebat. Erat enim eius ingenium exquiſito literarum omnium delectu grauiter inſtructum; ſic ut in omnes exemplorum caſus peramplas opes, alacris & expedita memoria ſuppeditaret: facundia porro tanta, diſſimulatis illecebris, audientes ſemper exhilarans atque demulcens, ut ipſo concionante uel maxima templa complerentur. Ante autem id tempus, quo totiũs Eremitani Ordinis præfecturam a Iulio conſecutus eſt, nonnunquam accidit, ut Pataui optimis literis operam nauans, factitata ab ſe lepida carmina ad lyram elegantiſſime decantaret. Ei demum Leo Pontifex, virtutem omnem liberaliter exornare ſolitus, honorem purpurei galeri detulit; quum Petruciana coniuratione, & Vmbrico bello circum-*

circumuentus, Senatum aut maligne aut segniter Principis iniuriam ferentem supplere cogeretur. Eximie functus est legatione in Hispaniam, quum Selymo post debellatos Persas & duos Memphiticos Reges interfectos, nobis arma comminante, Christianae gentes ad sacrum bellum excitandae uiderentur. Sexagesimo aetatis anno subita oppressus pituita Romae interiit, mense Decembri anni 1531. y) *Sed non deerant, qui praeclari nominis famam uerbis eleuarent, quod pallorem oris sumpto cumino & suffitu uda palea mentiretur, uariasque libidines censoria seueritate contegeret, quas demum malignus potius rumor quam ulla certi uestigii relicta proles detexit.* Hactenus Jouius. Plura te docebunt qui Cardinalium Vitas tum Latine tum Gallice scripsere. z)

TVMVLVS
Authore Jano Vitali.

Ante sacrosanctos cineres bona verba Viator
Dicito, diuinus hic iacet Aegidius;
Qui potuit lingua humanas inflectere mentes,
Et trahere haerentes feruidus ad se animos.
Quicquid pandit Arabs, diuinum quicquid Erembus
Diues Aramais occulit in tabulis,
Explicuit populis; & si quid Spiritus ultra
Sentit, adhuc sanctum quod meditetur habet.

Aegidii

y) Vel potius anno 1532. die XII. Novembris teste *Augustino Oldoino* in Athenaeo Romano pag. 32. & aliis, quos Philip. Elssius in Encomiastico Augustiniano p. 15. citat, in die tamen emortuali definiendo dissentientes. Idem *Elssius* nostro non sexaginta annos, ut Jovius, sed duos & sexaginta tribuit.

z) Praeter istos ad partes vocandi fuerint *Vghellus* in Italia sacra, *Thomas de Herrera* in Alphabeto Augustiniano, *Josephus Pamphilus*, in Chronico Ordinis Eremitarum, *Philip. Elssius* in Encomiastico Augustiniano p. 14. sq. qui eum Aegidium Canisium, sive Aegidium Antonium Canisium appellat, *Nicol. Sanderus* in Elogiis Cardinal. pag. 318. & *Cornelius Curtius* in Elogiis virorum illustrium ex Ordine Eremitarum pag. 93. Idem hic pag. 95. sqq. Orationem ab ipso in Concilio Lateranensi habitam, una cum epistolis Leonis X. & Jac. Sadoleti ad eum datis exhibet. Taceo *Jo. Matthaei Toscani* Peplum Italiae lib. II. n. 82. p. 50. Lege & *Alphonsi Ciacconii* Bibliothecam Vniversalem.

Aegidii ſcripta.

Libellus de Literis Sanctis.

Verſio Pſalterii.

Oratio, Ferroni Commentariis de rebus geſtis Gallorum inſerta.

Præfatio in Sanazarii Poema de Partu Virginis.

Epiſtolæ tres inter Reuchlinianas.

Carmina quædam.

Scechina, de quo Ph. Labbe in Codd. MSS. Bibliotheca p. 334.

Variorum Teſtimonia de Aegidio & eius ſcriptis.

PEtrus Galatinus in Opere de Arcanis cathol. verit. pag. 22. edit. 1603. *Inter noſtros, qui de Cabala ſcripſerunt, eſt Aegidius ille Viterbienſis, vir utique eloquentiſſimus ac diſertiſſimus, omnique literarum genere apprime eruditus (quem Leo hodiernus Pontifex maximus ob eius multiplices uirtutes ac merita ad Cardinalatus dignitatem nuper ſublimauit) ab initio rem orſus, in Libello de Literis Sanctis, elegantiſſimo quodam ſtylo mirifica buiuſce diuinæ ſapientiæ fundamenta iecit.*

Bernardus Paltrinus Agrippæ Bononiæ Kal. Janu. 1532. *Videbo, ſi quos Reuerendiſſimi Aegidii, ſuperiore menſe defuncti, libros, quos bis de rebus electiſſimos reliquit, conſequi ualeam; li autem ad Reuerendiſſimi D. Brunduſini* * *manus deuenturi creduntur, qui ut eſt omnium bumanitatum parens, ſeſe iam obtulit atteſtaturum, quantopere noſtras literas fouendas ducat.* Paulo poſt: *De rebus novis nibil eſt, niſi quod Reverendiſſ. Aegidius præfatus, in literis Hebraicis doctiſſimus, menſe acto, cum veſperi ſanus eſſet, mane repentino fato correptus eſt.*

* Is eſt Hieronymus Aleander de quo infra pluribus agemus.

Johannes Widmanſtadius Ferdinando Imp. in N. T. Syriacum edit. Viennenſis: *In Italia linguas Orientales excoluit Aegidius Viterbienſis & ſacra eruditione, & purpura Senatoria, Leonis X. beneficio, clariſſimus Theologus,*

Idem ibidem: *Johannes Leo Eliberitanus Christianus factus, Romæ Aegidium Viterbiensem, Senatorem doctissimum, Arabica lingua præceptis ad hoc diligenter compositis instituit; quo etiam tempore eundem & Justinianus Nebiensis Antistes, concisis quibusdam & exilibus, ut mihi visa sunt, normis è Corsica missis, veluti traiectitio docendi munere functus, ad percipiendam eam linguam informabat. Et cum ea tempestate præclara ingenia profanis tantum literis delectarentur, factum est ut Aegidius, postquam & Justinianus ex hac vita, & Leo Eliberitanus, Catholica fide cum Punica commutata, Tunnetum migrasset, * Arabicarum literarum dignitatem inter Christianos prope solus tueretur. Qui, ut ab Hieronymo Seripando, gradu Senatorio, quem ille moriens reliquit, dignissimo viro, accepit, me Leonis audiendi causa in Africam, quod æstate superiore infeliciter tentaveram, denuo navigaturum, extremo uitæ suæ tempore Romam ad se invitavit, mihique de Arabici sermonis præstantia & utilitate multa commemorando author fuit, ut eius amorem, quem fatis fortasse ita impellentibus excitatum in me intellexisset, ne deponerem. Nam se quoque, si vita incolumis foret, me, quo posset favore, studio & beneuolentia adiuturum, quod etsi præstare ob uitæ breuitatem nequiuerit, tamen Seripandi beneficio singulari omnem eius Bibliothecam & maxime secretos Commentarios manu ipsius notisque perplexis de rebus variis scriptos evoluere concessum fuit.*

* Qui præter Widmanstadium de Leonis ad Muhammedismum reditu agat, noui neminem.

Arnoldus Ferronus in Comment. de rebus gestis Gallorum Lutetiæ 1554. pag. 55. versa: *Anno* 1512. 5. *Non. Maias Egidius Viterbiensis, Augustiniani Ordinis Præfectus, vir præter vitæ sanctimoniam, divinarum literarum peritissimus, cuius conciones ad populum grandes erant verbis, decoræ sententiis, genere toto graves, vetus illud prudentis hominis callens, cum Regibus Principibusque aut omnino non loquendum, aut quæ sunt optima, loqui oportere; dicere prior a Julio Pontifice iussus, hortatus est coetum ad emendationem prioris vitæ.*

Idem ibidem pag. 60. *Idem Aegidius Viterbiensis, quasi palinodia recantata, multa in Gallos effudit, quasi impii nemine persequente ex Veteri oraculo fugientes, victoriam dedissent; & tamen vir pius, victus veritate, extremis verbis Orationis hortatus est Pontificem, componeret hos fluctus, tolleret intestina mala &c.*

Gyral-

Gyraldus in Historia Poëtarum sui temporis pag. 415. operum edit. Basil. *Valuit & Cardinalis Aegidius carmine Latino, sed & vernaculo Hetruscorum. Extant nonnulla ipsius apud quosdam carmina, quae illius ingenii subtilitatem ostendunt. Sed conversus ad linguarum notitiam in S. Theologiae studiis conquievit.*

Erasmus Gul. Budaeo 10. Kal. Jul. 1527. *Allatum est Nazarii cuiusdam Neapolitani, * mire ornatus testimonio duorum Pontificum, sed multo magis Aegidii Cardinalis Viterbiensis. Illic agnovi phrasin philalazonos.*

* Intelligit Sannazarii Poëma de partu Virginis, quod Praefatione commendavit Cardinalis Aegidius, ut discere est ex eodem Erasmo in Dialogo inscripto *Ciceronianus.*

Pierius Valerianus *Aegidio Viterbiensi Card.* in Lib. 17. Hieroglyph. Hanc Epistolam sequitur Aegidii ad Pierium Responsio, Romae 1525. 7. Id. April.

Idem Lib. 43. *De Curru loquor, quem ex Aramaeorum Arcanis profundissima doctrina vir Aegidius Viterbiensis in circum aetate nostra primus induxit.*

Genebrardus in Chronographia ad A. 1513. *Egidius Cardinalis Eliae studiosus hebraicatur.*

Scaliger Casaubono 4. Id. Mart. 1608. *Qui Zohar illud tuum vertit, Augustinianus eremita erat, quem alii Aegidium de Viterbio, alii Aegidium de Roma vocant. Multa sub Rudolpho Augusto anno 1280. scripsit; vir Hebraismi peritissimus. Alius item Aegidius, & ipse quoque Augustinianus, & Hebraice peritissimus, memoria patrum nostrorum floruit; qui postea Cardinalis fuit, & Eliam Levitam cum familia illius domi suae habuit.*

Idem eidem 6. Kal. Apr. 1608. *Non est Aegidius de Roma, ut in meis literis tibi asserebam: Sed interpretatio illius Aegidii Viterbiensis, qui postea Cardinalis fuit, & Eliam Levitam Germanum cum tota familia aluit.*

Simlerus in Epitome Biblioth. Gesnerianae 1555. *Aegidius quidam Cardinalis transtulit Psalterium.*

Onuphrius Panuinius in Vita Leonis X. *Propterea ad Caesarem Aegidium Viterbiensem Cardinalem, singulari eloquentia praeditum, Legatum miserat.*

Inter Petri Bembi Epistolas, Leonis X. nomine scriptas, extant tres ad Aegidium Viterbiensem, Augu-

ſtianorum Eremitarum Magiſtrum, in quibus eum Pontifex laudat; in poſtremo purpureum galerum ei pollicetur. Ad Aegidium Cardinalitia dignitate ornatum Bembus ipſe Latine ſemel ſcribit, Italice uero non ſemel.

Joh. Maria de Monte ad Card. Aegidium, in Farragine Epiſtolarum Principum ab Hieronymo Ruſcellio edita. Andr. Aſulanus ad eundem in Biblia 70. Interpretum edit. Venetæ 1518.

De eodem Jacobus Sadoletus ter aut quater, in Operibus Moguntiæ excuſis A. 1607. 8°. & alii.

JOHANNES FRANCISCVS PICVS.

INter linguarum Orientalium cultores non eſt ſilendus Joh. Franciſcus Picus. Luculenta is Oratione deſcripſit vitam ac mortem Joh. Pici patrui ſui, de quo ſupra diximus. Etiam Hiſtoriam ſuorum temporum uniuerſalem conſignaſſe Geſnerus atque ex eo Poſſeuinus refert; quæ necdum lucem aſpexit, ſiue quia Opus illud nondum perfeciſſet, ſiue quod in eo liberius quædam dicerentur, quam illorum temporum ratio ſineret. Alia de eodem tradit Leandro Alberti in Italiæ Deſcriptione p. 354. edit. 1596. his verbis: *Poi ſcacciati d' Italia fra poco tempo i Franceſi da gli Helvetii & da' Venetiani per opera di Papa Giulio, ritornò nella Mirandola Gio. Franceſco, con autorità del Cardinale Gurgenſe, Legato di Maſſimiliano Imperatore, e tenne la Signoria inſino all' anno del* 1533. *nel quale del meſe di Ottobre, una notte, entrando nella Citadella occultamente Galeotto con quaranta armati, crudelmente fu ucciſo, inginocchiato dauanti l'imagine del Croceſiſſo, ſempre chiedendo in ſuo aiuto Gieſu. Fu anche allora ucciſo Alberto ſuo figliuolo, ed incarcerata Madonna Giouanna Carafa ſua conſorte, con Paolo ſuo figliuolo, e Madonna Carlotta Orſina moglie di Gio. Tomaſo, figliuoli de detti Signori, con tutti i figliuoli. Certamente fu gran danno la perdita di tanto huomo a i Letterati,*

ti, concio fosse cosa ch' era peritissimo in ogni grado di dottrina, ed in Graco, Hebreo, Caldeo, ed Arabico, in humanita, poesia, Logica, Filosofia e Theologia, come chiaramente dalle opere da lui scritte, uero giudicio dar si può. Fu questo Signore di lunga statura, bianco di colore, e di faccia lunga, e naso Aquilino, e di occhi uiuaci, eloquente, dritto nel giudicio, integerrimo di uita, fedele nelle promesse, Catolico, e uero Christiano, conformando la sua volontà col uoler del Signore Iddio, non mai lamentandosi dell' auersita, auuenga che molte isperimentasse, onde lodaua e ringratiaua Iddio nelle tribulationi. Hæc Alberti.

Variorum Testimonia de Fr. Pico & eius scriptis.

GYraldus in Historia Poetarum sui temporis, Dialogo I: *Ioh. Fr. Picus post graues & ingentes labores, ne ærumnas potius dicam Herculeas, post bella (quod dicere ipse est solitus) plusquam ciuilia, quibus præter diuina & humana iura, paterna & auita ditione bis iam eiectus est, (auertat Deus ne & tertio, & una ne uita priuetur) post Theologiæ ac Philosophiæ cæterarumque optimarum artium studia, post infinita pene uolumina, quæ ad hanc diem soluta oratione composuit, se mansuetioribus Musarum studiis tanquam ad amoenissimos fontes solitus est recipere, atque inde animum a grauioribus curis leuare: nam præter Staurostichon de mysticis prodigiis passim in Germania coelitus delapsis, post uotum pro uxoris salute, heroicos quoque hymnos ad sanctiss. Trinitatem, ad Christum & ad matrem Virginem, una cum Commentariis a se conditis ad Picum filium, qui eam præ se fert indolem, ut cum in cæteris disciplinis, tum in hac Poetices facultate & patris & magni patrui illum existimem uestigia secuturum, ni eum ali-*

aliquis forte adolescentiæ æstus, ut plerumque fit, a portu aliquantulum declinare faciat: Sed ne male ominemur; scripsit Picus huius adolescentis pater & alios hymnos, in Diuos Paulum, Laurentium, Martinum, Geminianum, Hieronymum & plerosque alios; nec non de expellendis fugandisque Venere & Cupidine carmen, quod, quæ summa eius fuit erga me beneuolentia, ad me misit. Hic certe ut primus hymnos uersu heroico in lucem reuocauit; ex multis sæculis iam desitos, ita unus uiam reperit eruditionis gentium ostentandæ: nam tum confutando & refellendo, tum redarguendo, id quod inprimis Christianum hominem ex Legis præcepto facere & decet & expedit, cum fabulosam tum Philosophicam omnium gentium (ut sic dicam) ἐγκυκλοπαιδίαν *complexus est; tantum abest ut Christianam pietatem ipse scribendo, quod plerique faciunt, dissimulet. Mira, inquit Julius, de Pico narras, quem audio in manibus habere & alia nonnulla. Sic est, inquam, ut ais, neque enim cessat, quin aliquid quotidie ille, uel scribat, uel meditetur, in quibus, de Poetica nunc loquor, si tantum elocutionis ac numerorum conferret, quantum doctrinæ & eruditionis, & quod illi placet homini maxime christianæ Religioni addicto, nisi sese sacris uocabulis interdum, locutiónibusque astringeret, unum haberemus, quem nostri temporis in eo genere antiquis Poetam conferre possemus: nam & illi feruens ingenium, & supra omnia sublime magnarumque doctrinarum capax.*

Jouius in Elogiis: *In Johanne Fr. Pico Mirandulano, inter studiosos bonarum artium, scribendique auidos memoria uerborum uehementer excelluit: sed in ipso rerum delectu illud perillustre indicium, quod summo uiro Hippocrati maxime difficile existimatur, omnino non uiguit. Frustra enim ad Johannis Patrui gloriam aspiranti, ingressoque grauissimorum studiorum penetralia, quum insatiabili lectione ducere-*

duceretur, nusquam Minerua satis arriserat. Extant eius sacra Poemata, suis quoque Commentariis illustrata, ne legentibus minus clara viderentur, & Libri de veritate fidei Christianæ, in quibus disciplinarum omnium aceruus eminet. Sed acriter disputantem inter Cucullatos, magna etiam expeditæ doctrinæ laus sequebatur, quum scribentem uel mediocriter eloquentes minime probarent. Neque enim quid potissimum imitaretur, constitutum habuisse uideri potest ex duobus præsertim libellis; de Optimo imitationis genere ad Bembum perscriptis. Sed cum in omnibus ingenii operibus sacras literas religiose respiceret, contempsisse Latinæ facundiæ flores, atque inde gloriam tanquam inanem existimari voluit: quanquam eius uniuersa literarum studia, tanquam illustri in homine, & in domo sanctissimis moribus perornata, quum in minus seueros iudices facile inciderent, splendidiora uiderentur: & hercle uir antiqua simplicitate, potius quam nouo astu æquiora iudicia redimebat; quum libros ipsos, privato impressos sumptu, liberali largitione publicaret. Interfectus est cum Alberto filio, vir indignus adeo crudeli vitæ exitu, a Galeotto fratris filio, quum nocturnis insidiis, capta arce, Mirandulæ domi natum, ex paterno iure invadendum existimasset. Fuere, qui crederent, merita fortasse poena mulctatum, quod cudendæ monetæ miserum artificem ipsius officinæ præpositum, ex impuri auri, & ad decumum subtiliter improbi, magnum sensim lucrum ipsi domino reddentem, crudeli supplicio ad deriuandam inuidiam sustulisset; quum intellecta fraus ipsius famæ vehementer officeret, palamque ea aurea moneta, ex eius effigie spectabilis, vulgato vitii detrimento reiiceretur. Sed iuvat audire quosdam, virum alioqui integra fide optimum excusantes, tanquam eius avaræ fraudis penitus ignarum, quum in uxorem, quod esset accurata, & diligens materfamilias, tanquam muliebris auiditatis probro notatam, eius flagitii nomen nullo cum pudore referendum existiment.

In Joh. Fr. Pici Obitum
Joh. Latomi Versus.

Passus es immeritam (quis enim, Francisce, negarit?)
Non minus insigni cum feritate, necem.
Sed iuvat interea sciolos inquirere quosdam,
Exitio qua te Fata dedisse putent:
Sunt ea: laudata pietas sanctissima vita:
Verus amor recti, mens sine felle mali.

PEtrus Alcyonius in Tractatu de Exilio pag. 45. & seq. edit. Geneuensis: *Nulla dicendi aut scribendi tanta uis est tantaque copia, qua enarrare possit, quam Joh. Franciscus, Princeps Mirandulanus, in omni re se prabuerit, qua ad uirum constantem, magnanimum, & invictum, pertineat; quamque se prastiterit dignum omnibus laudibus, quibus homo sapiens decorari soleat; quarum pracipua hac est, illum turpitudine, non casu, non invidia, non aliorum iniuria commoveri debere. Mirandulano Principatu excidit, annos octo eo caruit, Italiam, Galliam totam, Germaniam, & maximam Dacia partem, exul peregravit; nec tamen interea unquam literarum studia intermisit. Itaque commentando, scribendo, docendo amissi Principatus dolorem leuauit, & in Philosophia quasi tabernaculo vita sua collocato, ostendit plus, a virtute sibi datum esse, quam fuisset a fortuna ablatum. Ne multis; Julius ipse Pont. Max. admiratus tam inusitatam, inauditamque constantiam, tantam in domesticis arumnis perpetiendis facilitatem, & animi aequitatem, tam denique increbilem sapientiam, ac pene divinam; primus afflicto, & iacenti, Pontificiam fidem dextramque porrexit, illumque non dicam diffidentem rebus suis, sed timentem confirmauit, & afflictum recreavit. Siquidem excogitavit, quemadmodum calamitatem hominis non modo levaret, sed etiam honestaret. Quid enim magnificentius? quid gloriosius illi poterat contingere? quam suarum copiarum Prafectis mandare, ut primo quoque tempore eum ipsum Principatui restituerent suo, auctoritateque sui Imperii saluum prastarent. Quod cum tardius effici videret, ob varias Ducum volunta-*

voluntates : ille ipse Pontifex in castra se contulit , rebusque gerendis præfuit , atque Principem nostrum non multo post patriæ, Principatui , & Musis reddidit suis.

De eodem Gyraldus in Dialogismis Tomo 2. Lampadis Artium pag. 408. 409. 410. 414. & 416. In Dialogis Poetarum pag. 1. 654. & 835. edit. Basil. 8°. In limine Libelli de vario sepeliendi ritu , & alibi. Laurentius Frizolius in Gyraldi Vita & alii. a)

PAVLVS DECANALIS
Venetus.

PAulus Decanalis, quantæ fuerit eruditionis , nulli non innotuit. Is enim vix quintum & vigesimum ætatis annum attigerat , & præter absolutissimam Latinarum , Græcarum & Hebraicarum literarum cognitionem , disciplinas etiam illas illustriores, Philosophiam , Astrologiam, & Mathematicas reliquas artes , non primis , ut multi , labris degustauerat , sed pleno fonte exhauserat. Qui quidem , dum præstanti labore Ptolomæi Geographiam , non tam temporum quam imperitorum hominum iniuria passim deprauatam , incolumitati pristinæ reddere contendit , neque sibi die , neque noctu parcit, tam vtilem & iucundam humanis ingeniis cognitionem breui exhibiturus , ex nimia scribendi assiduitate , nixu & perseuerantia , rupta intra pectus vena , ita sanguinem cæpit evomere , ut nulla Medicorum arte sisti posset. Tum ille fatalem instare diem inspiciens , id unum habuit præmaturæ mortis & interceptæ in studiis gloriæ solatium , quod rerum aliarum omnium contempta cura , sacris initiatus , & in Augusti-

 niano-

a) Inspice quoque *Verderii* Bibliothecam Gallicam pag. 741. & Rev. *Jac. Fried. Reimmanni* Introductionem in Histor. Literar. Parte III. Sect. IV. pag. 589. Nostrum hunc cum *Joanne Pico* , patruo , a variis confundi probe observatum est à B. *Jo. Moellero* in Homonymoscopia p. 711. Opera ejus *Argentorati* an. 1507. mendosissime excusa esse monuit *Chevillerius* de origine Typographiae p. 158. Libri ejus duo de studio divinae & humanae Philosophiae seorsim lucem viderunt Halae 1702. 8.

nianorum Heremitarum claustra inclusus intra paucissimos dies, intaminatæ iuuenis vitæ, integerrimum pudicissimumque animum cælo reddidit. *Hæc Pierius in Libello de Literatorum Infoelicitate; Plura in Poëmatibus.*

Erasmus Jodoco Gauerio Basil. Kal. Mart. 1524. *Venetiæ vidi Paulum Canalem Patricium, iuvenem summis rebus natum, nisi mors illud terris invidisset. Is Phthisi periit, me illic agente.*

Gyraldus Dialogo I. Poetarum sui temporis: *Fuit Egnatio fere æqualis P. Decanalis, elegantis & parati ingenii, sed iuvenis cecidit.* b)

SANCTES PAGNINVS
Lucensis.

Patriam, Parentes ac studia his versibus complexus est Sanctes Pagninus:

Luca mihi patria est, quæ fulget moenibus altis,
Turribus armiferis, Lucaque cincta manet.
Corpora sunt vario fulgentia Thaumate Lucæ,
Quæ possem calamo vix reserare meo.
Est mihi Paulinus pater, est mihi mater alumna,
Margaris est, ortum quæ mihi digna dedit;
At placuit sacer Ordo, mihi placuere Cuculli,
Vitaque claustralis perplacet ipsa mihi.
Peruigili luce Græcas, studioque tenaci
Literulas didici, charta repleta manet.
Hic varios didici Panoo sermoneque fontes
Edocui, scripsi, multa retenta dedi.
Me varios annos audivit Roma legentem
Hebræos fontes, Grammata Græca simul.

Edocui;

b) Miror, nullam illius mentionem fieri a *Philippo Elssio*, scriptore alioquin perindustrio, in Encomiastico Augustiniano.

Edocui varios, & si sua fata, tenaci
Firmabunt grauiter pollice fila, dabo.
Conscripsi, scribam, doctorum dogmata clara
Sermone Hebræo stant decorata lyra:
Me venere duce, in lucem documenta decorum,
Quæ legere assiduo tu potes ore modo,
Et varii venient sermones, Christus Olympi
Si dederit spatium Stellifer ille mihi.
Ἤδη μοι πολιόντι κάρη, καὶ ἄψεα ῥικνὰ,
Ἐκλώθη, βιότοιο πρὸς ἕσπερον ἀλγινόεντα.
Vos igitur, Fratres, cano qui tegmine compti
Vestitis nigro corpora vestra simul,
Assiduis precibus pariter placatis Olympum,
Quotidie & Coelo thura Sabæa datis.
Astrifero pro me quæso prabete benigno
Vota Deo, accensis sollicitate focis.

Obiit Lugduni anno 1536. bb) Scripta leguntur apud Gesnerum. c)

G 3 Vario-

bb) Ita quidem *Leander Alberti* in Descriptione Italiae pag. 41. Alii obitum ejus referunt in annum 1541. id quod confirmatur epitaphio ipsius, pario inciso lapidi, & in Odeo apud Praedicatores Lugduni ad huc visendo. Ibi enim exspiraffe dicitur IX. Kal. Septembr. an. MDXLI. Compara *Jac. Quetifium* de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 115.

c) Scripta ejus & ex parte vitam, eruditorumque elogia persequuntur *Hieron. Ghilini* in Theatro Virorum eruditorum Tom. II. pag. 124. *Jac. Quetif* l. c. p. 114.-118. *Symphorianus Champerius* in præfatione ad Pagnini Isagogen in Sacras literas Lugduni 1536. recusam. *Car. Jos. Imbonatus* in Bibliotheca Latino-Hebr. p. 236. *Thom. Pope Blount* in Censura celebriorum Auctorum p. 377. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Tom. II. pag. 890. & ex nostratibus B. *Georgius Serpilius* in Vitis Scriptorum Biblicorum Tom. VII. Parte II. p. 416. Adde *Toscani* Peplum Italiae lib. I. pag. 29. Vita nostri a *Guilielmo Pagnino* Italice scripta prodiit Romae an. 1653. 8.

Variorum Teſtimonia de Pagnino & eius ſcriptis.

Leandro Alberti in Deſcriptione Italiæ p. 42. edit. 1596. *Ha dato grande ornamento à Luxa ne giorni noſtri Xante Pagnino dell' ordine de Predicatori, eccellente Teologo, e molto perito nelle lettere Latine, Grece, Ebree, Caldee, ed Arabe, come chiaramente ueder ſi puo nella tradottione della Sacra Scrittura di Ebreo in Latino, nell' Iſagoge, e Grammatica Ebrea e Greca con molte altre opere. Paſſo di queſta mortal vita tanto huomo in Lione di Francia nell' anno 1536. di anni 70. di Sua eta.*

Sebaſtianus Munſterus Joh. Epiſcopo Roffenſi (de quo alibi) in Lexicon Chaldaicum 1527. *Enchiridii Hebræorum Chaldaicorumque vocabulorum Magiſter eſt Sanctes Pagninus, Hebraici ſcilicet Aruch Interpres, homo multorum librorum editione clarus.*

Robertus Stephanus Præfat. ad Lect. in Biblia Leonis Judæ a ſe cum Vatabli Notis edita, Lutetiæ 1545. *Sanctis Pagnini Verſionem ſicut omnium doctiſſimam confitentur, qui judicio ſunt in hoc genere excellentiori, ſic paulo obſcuriorem eſſe queruntur, quod verbum verbo reddere ſtuduerit.*

Fr. Vatablus, uel, ut alii uolunt, Rob. Stephanus, Notis in Pſalmos, p. 4. edit. 1556 *Nonnulli nomen ipſum* Jehova *non mutant, nec ipſe etiam Sanctes in ſuis Annotationibus MSS. quas apud me aſſervo.*

Nic. Clenardus Joh. Vaſæo p. 157. Epiſtol. edit. Plant. *Vbi Sanctes novus eſſe deſierit, minoris erit pretii.*

Joh. Iſaac in Defenſione verit. Hebraicæ contra Lindanum p. 84. *Prophetias omnes in Textu Hebræo maximas reperiri in quadam Epiſtola doctiſſimus vir Pagninus, quam Deo volente cum aliis quibusdam tibi adhuc ob oculos ponemus.*

Sixtus Senenſis in Biblioth. S. p. 467. edit. Venetæ: *Sanctes Pagninus Lucenſis, Prædicatorii Ordinis, Concionator Apoſtolicus, vir in divinis Scripturis apprime eruditus, & trium linguarum, ſed Hebrææ potiſſimum, peritiſſimus, moritur Lugduni A. D.*

A. D. 1541. & ibi sepultus est marmoreo tumulo in medio choro Sacræ ædis Prædicatorum.

Idem Ibid. p. 62. *Quartum & ultimum Maccabæorum librum Græcè Lugduni in Bibliotheca Sanctis Pagnini viri doctissimi, apud Prædicatores MS. legimus.*

Idem pag. 572. *Chrysostomi Homiliarum in Genes. Græcum codicem Lugduni in Bibliotheca Sanctis Pagnini vetustissimum vidimus.*

Benedictus Arias Præfat. ad Lect. in Biblia Heb. interlinearia, Antuerpiæ 1584. *Inter eos, qui Biblia ex Heb. in Latinam linguam de verbo exprimendi provinciam susceperunt, nullus nostro hoc sæculo, majori dignus commendatione habitus est, quam Sanctes ille Pagninus, vir ex D. Dominici familia, ob insignem pietatem, S. Theologiæ cognitionem, & summam denique linguarum peritiam maxime conspicuus.*

Genebrardus ad A. 1523. *Sanctes Pagninus, Dominicanus, Concionator Apostolicus, secundus Latinorum post Reuchlinum Heb. Lexicon edidit, tanta eruditione refertum, ut etiam Rabbinos in eo argumenti genere uicerit, & reliquos a præstantiore conficiendo deterruerit.*

Laurentius Beyerlink, Archipresbyter & Canonicus Antuerpiensis, Præf. ad Bibl. variarum Interpretationum Versionem: *Omnes (Vulgatam excipio) præcellit cum sermonis puritate, tum proprietate verborum, ab ipsis fontibus cum delectu petita, ea quam Sanctes Pagninus Lucensis, indefesso studio, & stupenda judicii maturitate, pereruditò suauissimi sui pectoris arcano, magno Ecclesiæ commodo deprompsit.*

Jean Porthaise dans sa Parasceue à l'Examen de l'Eucharistie 1602. pag. 185. tournée: *On pourroit coniecturer, que Calvin & les Siens, qui ne sauoyent l'Hebreu, que par Sanctes Pagninus, Jacobin, Lucquois, Predicateur Apostolique, & Docteur insigne, ont voulu sur ce mot* Berith *triompher.*

De eodem Munsterus Præfat. in Diction. Hebr. edit. 8°. Joh. Fr. Picus in Epistolis. Thomas Sertinus Præf. in Compendium Instit. Hebr. Pagnini. Thevetus To. 2. Cosmogr.

smogr. p. 718. Bucholcerus ad A. 1536. Mussius in Castig. Animadvers. Morini p. 143. edit. 1639. & alii.

JOHANNES BAPTISTA AMICUS
Consentinus.

JOhannes Baptista Amicus, vir Hebraicæ linguæ & Astrologiæ peritia clarus, natus est anno 1512. post Parentis obitum. In Philosophicis ac Astrologicis, Præceptoribus usus est Marco Antonio Genua, Vincentio Madio, & Delphino Astrologo tum temporis celeberrimo. Annum agens vigesimum quartum, Opus scripsit de motibus corporum cœlestium iuxta principia Peripatetica Venetiis primo, dein Lutetiæ excusum. Terris ereptus est ἐν ἀκμῇ A. 1538.

TUMULUS.

Joh. Baptistæ Amico Consentino, qui cum omnes Liberalium Artium Disciplinas, miro ingenio, solerti industria, incredibili studio, Latine, Græce, atque Hebraice feliciter percurrisset; ipso adolescentiæ suorumque laborum & vigiliarum cursu pene confecto, a Sicario ignoto, literarum, ut putatur, virtutisque invidia interfectus est. N. F. Amico optimo studiosiss. omnibus totaque civitate Patavina moerente tristiss.

P. A. 1538.

Præmia quæ referunt aliis uitamque perennem
Virtutes, uni huic causa fuere necis.

Testimonium de Amico & eius scriptis.

GAbriel Barrius vel Gulielmus Sirletus (si Paulo Aemilio

lio Sanctorio * fides) Libro 2. Calabriæ suæ: *Fuit & ex Consentina urbe Joh. Bapt. Aemilius, qui iuxta Peripateticorum placita coelestium corporum motus descripsit, nullis usus eccentricis aut epicyclis, res ab antiquissimis Philosophis & Mathematicis frustra tentata. Et ni immatura morte fuisset preventus, aggressus esset maiora. Egit diem supremum annum natus vigesimum septimum.*

* In Historia Carbonensis Monasterii Rom. 1601. 8°. p. 14.

JOHANNES FRANCISCVS BVRANA
Veronensis.

Circa annum 1539. d) claruit Joh. Franciscus Burana, vir linguarum Orientalium haud ignarus. Huius Scripta & Elogium ex Hieronymi Bagolini Epistola legere quivis potest apud Gesnerum in Bibliotheca. Confutatur a Seldeno Præf. ad Ecclesiæ Alexandrinæ Origines Eutychii p. 18.

AVGVSTINVS STEVCHVS
Eugubinus.

Augustinus Steuchus, patria Eugubinus, Canonicus Regius S. Saluatoris, Chisami e) Episcopus, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, vir Hebraicæ & Chaldaicæ linguæ peritus, f) scripsit:

H Pen-

d) At illo anno ex vita jam excesserat. Post obitum enim ejus *Aristotelis priora resolutoria Latino sermone* ab ipso *donata & commentariis illustrata*, *Hieronymi Bagolini* cura primum *Venetiis*, teste Gesnero, hinc vero *Paris.* an. 1539. in fol. lucem viderunt. Patet id ex praefatione *Bagolini*, operi ipsi præmissa, ex qua fusius de nostro commentatur *Pet. Baelius* in Dictionario Histor. & Critico Tom. I. p. 741. Confer *Andream Chioccum* de Collegii Veronensis illustribus Medicis & Philologis Sect. III. cap II. & III. ubi de Bagolino & Burana commentatur. Liber ille ante raro obvius, optimo consilio recusus nunc exstat in Thesauro Italico Tom. IX. Volum. VIII. Meminit & nostri *Christoph. Hendreichius* in Pandectis Brandenburgensibus p. 720 ubi librarii vitio *Burama* vocatur.

e) *Chisami* in Creta; itaque *Risamensis* Episcopus prave appellatur à *Toscano* in Peplo Italiae lib. IV. pag. 94. Suspicor scriptum fuisse *Kisamensis*.

f) De harum linguarum peritia, qua valuerit, varie & inconstanter ju-

Pentateuchi Recognitionem ad veritatem Hebraicam.
Opus de Perenni Philosophia una cum Libello de Eugubii urbis suæ nomine. g)
Libros tres ad Lutheranos,
Cosmopoëam sive Mundi Fabricam;
Commentaria in Psalmos;
Libros 2. contra Laurentium Vallam de falsa Constantini Donatione.
Orationem de restituenda nauigatione Tyberis, cum alia de Aqua virgine in urbem revocanda.
De Locutionibus Hebraicis ab eo conscriptis dubitat Simlerus in Biblioth. Gesnerianæ Epitome, utrum lucem aspexerint. h)
Cœlius Calcagninus in Epistola quadam meminit Commentariorum eius, quibus Platonicorum Sententiæ in disquisitionem vocantur:
Eiusdem Libros in Academiæ Paralogistas cupidissime se legisse profitetur. Claruit sub Carolo 5. Imperatore, A. 1540. i)

Variorum Testimonia de Steucho & eius scriptis.

JUlius Cæsar Scaliger in Epistolis a Fr. Douza vulgatis Lugd. Bat. 1600. p. 55. *Aggressus fueram similem operam in divinis rebus, qualem posuit Eugubinus in Libris suis de Perenni Philosophia, divinus ipse vir & verarum literarum facile Princeps.*
Daniel Heinsius in Apologia sua contra Croium pag.

dicat *Rich. Simonius* in Historia Critica V. T. lib. III. c. 12. pag. 54. & lib. II. p. 28. Confer Venerab. *Valentini Ernesti Loescheri* Commentarios de Caussis Linguæ Hebrææ p. 112.

g) Eruditorum de hoc libro judicia collegit B. *Daniel Georgius Morhofius* in Polyhistore Tom. III. p. 43. Iniquior in illum videtur *Dionys. Petavius* in Dogmatibus Theologicis Tom. I. p. 149. & Tom. III. p. 51.

h) Non adspexerunt: certe in Operibus ejus, Paris. 1578. fol. tribus partibus editis, & *Venet.* 1591. sqq. prævia censura recusis, non exstant.

i) Mortem ejus in annum 1548. refert *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra Vol. II. p. 974. *Dupinius* autem in annum 1550. alii in 1552.

p. 85. 1646. *De istis videatur Augustinus Steuchus, quem Atheorum Medicum* existimabat Cæsar Scaliger.*

Michael Neander in prolixa Præfat. de Bibliothecis p. 218. 1565. *Augustini Steuchi de Perenni Philosophia Libri decem sunt veluti suaveolens Corona, confecta ex amœnissimis floribus, decerptis in amœnissimis Philosophiæ campis, ex Authoribus veteribus, Græcis omnibus, multis etiam MSS. & in Bibliothecis adhuc latentibus.*

Inter Epistolas Floridas Erasmi Basileæ A. 1531. excusas, extat una ad Augustinum Eugubinum Cancellarium Reg. S. Augustini, Ordinis S. Salvatoris, in qua quid de eius in Pentateuchum Annotationibus sentiat, pluribus exponit.

De eodem Widmanstadius Epist. Præfat. in N. T. Syriacum edit Viennensis. Sixtus Senensis in Bibliotheca S. Melchior Canus in Locis Communibus Theologicis Lib. 2. c. 13. Chamierius in Panstratia To. 1. p. 424. Muisius in Castigat. Animadvers. Morini edit. 1639. p. 114. & alii. k)

* Quia nimirum Steuchi opus de Perenni Philosophia cum Cæsaris Scaligeri authoritate legisset Petrus Rufus Aginnensis Consiliarius, ἀθεότητος morbo levari coepit.

ANTONIVS BRVCIOLVS.

Circa annum 1540. l) claruit Antonius Bruciolus, vir Græce & Hebraice doctus, cuius vetus & Novum Testamentum ex Hebræo & Græco in Italicum Sermonem summa fide translatum Parisiis legimus. m) Scripsit etiam Dialogos ex Italico Gallice versos, a diligenti viro Johanne Poldo Antiquitatum Nemausensium authore.

 Testi-

k) Inspicere prae ceteris juvabit *Gaddium* de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Jacobillum* in Bibliotheca Vmbriae, & *Dupinium* in Bibliotheca Nova Scriptorum Ecclesiastic. Tom. XIV. p. 183. sqq. Variorum de nostro judicia leget, cui volupe fuerit, in *Georg. Serpilii*, τȢ μακαρίτȢ, Vitis Scriptorum Biblicorum Tom. VII. Parte II. p. 618. sqq.

l) Obiit circa annum 1550. teste *Julio Negri* p. 56. Historiae Scriptorum Florentinorum.

m) Versio haec Italice saepissime recusa est, ut diligenter annotavit Cl. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Vol. I. pag. 355. edit. recentissimae in fol. Inter ceteras editiones eminet *Ferrariensis* an. 1540. in fol. quippe quae notulas nostri adjunctas habet. Confer & Cl. *Burchardi Gotthelf Struvii* Acta Literaria ex MSS. eruta Fascic. VII. p. 16. 17.

Testimonia de Bruciolo & eius scriptis. n)

Pietro Aretino à M. Antonio Brucioli, di Venetia il 7. di Nouembre 1537. *Voi sete huomo senza pare, ne l' intelligentia de la lingua Hebraica, Graca, Latina, e Chaldea: e cotanto buono, che piu tosto cercate insegnare à i Fnti, che proverbiano i vostri scritti, che vendicarui. Onde viverete felice e lodato.*

Carolus Molinæus in Collatione Euangeliorum pag. 142. *Ita intellexerat nuper doctus & pius Italus Antonius Brucciolj confinatus Venetiis, & damnatus nec bene nec male de Deo loqui.* *

* Edwin Sandis Chevalier Anglois, dans sa Relation de l' Estat de la Religion &c. p. 302. de l'edit. de Geneve; se rit d'un Arresté fait à Dole en la Comté de Bourgongne, *Qu'on n'eust à parler de Dieu ny en bien ny en mal.*

Inquisitores Pontificii in Indice librorum prohibitorum, Romæ 1596. 4°. p. 1. v. *inter authores primæ classis*, Antonius Brucciolus.

Ad eundem non semel in Epistolis Petrus Aretinus.

AGATHIUS GUIDACERIUS
Catacensis Calaber.

Agathius Guidacerius, Presbyter, provectiore iam ætate sese in disciplinam R. Jacob Gabbai, doctissimi Judæi Lusitani, tradidit, multoque sumptu atque labore adeo profecit, ut ad linguam Sanctam ab Hebræis ad Christianos transferendam fuerit primum a Leone & Clemente Pontificibus Romam accitus. Inde, Bibliotheca, quam studio multo sibi comparauerat, amissa, in ea direptione, quæ per Carolum Borbonium facta est, Parisios adiit, a Francisco Rege evocatus, ubi plures annos easdem literas publice professus, obiit A. 1542. ætatis 65. o)

Guida-

n) Scripta una cum vita recensentur à *Michaële Poccianto* in Catalogo illustrium Scriptorum Florentinorum, & fusius à *Julio Negri* in Historia Scripturum Florentinorum pag. 56. Junge his *Hendreichii* Pandectas Brandenburgens. p. 749 & *Jac. le Long* Biblioth. Sacr. Vol. II. p. 653. *Donius* in Libraria seconda pag. 24. b. speciatim laudat ejus *Rime spirituali.*

o) Ita malim, quamvis Jac. le Long in Biblioth. sacra Vol II pag. 757. cum anno 1533. obiisse testetur. Certe post hunc annum pleraque ejus scripta ab ipso prodierunt.

Guidacerii ſcripta.

Cantici Canticorum Expoſitio in Italia primum excuſa 1524. dein Lutetiæ Pariſiorum A. 1531.

Peculium ſiue Grammatica Hebræa, Pariſ. 1537.

Commentarii in 24. priores Pſalmos, Pariſ. 1549.

Danielis & Eccleſiaſtis Expoſitio, a Dureto laudata in Theſauro linguarum p. 234. & 358. p)

Teſtimonia de Guidacerio & eius ſcriptis. q)

ERasmus Dan. Taispillo, ex Andrelaco 3. Non. Jul. 1521. *Aegidius Buslidius legit & tuas ad me, & Agathii ad te literas. Placuit ingenium & cupit hominem accerſi, præſertim cum morum etiam integrimte abs te commendetur. Placebit illi Coelum hoc noſtrum, nec diſplicebit gentis humanitas. Collegii locus & honeſtus eſt, nec inelegantis ſtructura: Salarium pro modo redituum ſatis amplum: pro rationibus Profeſſorum, ut ingenue dicam, nimis anguſtum eſt, ſed quod pro reſpectu perſonæ aut induſtriæ poſſit executorum arbitrio augeri nonnihil. Et licebit illi extra ordinem profiteri, ſeu Græce malit ſeu Hebraice. Advolet igitur te authore ἀγαθῇ τύχῃ tuus Agathius.*

Genebrardus in Iſagoge ad legendos Rabbinos p. 7. edit. Pariſ. 1563. *Literæ tres* אוי *cum ſine punctis vocalibus ſcribuntur, locum ſubeunt vocalium; Aleph raro; Jod & Vau paſſim, ut eas Agathius Guidacerius in ſuo* מקנה *recte Matres appellet.*

Dionyſius Lambinus Epiſt. Præfat. ad Carolum 9. in Horatium Lutetiæ 1579 *Sub Franciſco primo Lutetiæ linguam Hebræam docuerunt, Agathius Guidacerius, Paulus Paradiſus, uterque Hiſpanus.* *

* *Repone Vterque Italus.*

 HIE-

p) Comment. in Eccleſiaſten Pariſ. 1531. & 1540. 4. in Canticum autem ibid. 1531. lucem vidit.

q) Evolve etiam *Hendreichium* in Pandectis p. 59. & *Georg. Serpilium* in Vitis Scriptorum Biblic. Tom. VIII. p. 36.

HIERONYMVS ALEANDER
Mottensis in Carnia.

Ex Jovio & aliis.

DEtur hoc incomparabili inusitatæ memoriæ felicitati, quæ in Hieronymo Aleandro supra cuiusque, vel antiqui sæculi captum admiranter excelluit, ut eius ex vero depicta facies, uel in pudenda ingenii sterilitate inter foecundissimas imagines conspiciatur, quando nihil eum, cuncta volumina cupide perlegentem, vel rerum, vel verborum omnino subterfugerit, quin singula memoriter, vel a multis annis longo sepulta silentio recitaret. Latinæ enim Græcæque literæ, quum sæpe alacriter iactabundo pro vernaculis haberentur, Hebraicas, admirantibus Iudæis, & suæ stirpis eum facile credentibus r) solertissime didicit. His ingenii dotibus insignis, quum Lutetiæ Parisiorum Græce docendo * honorem præfecturæ gymnasii concordi Studiosæ iuventutis acclamatione esset consecutus, venissetque Romam, Leo Pontifex, gravissimus ingeniorum æstimator, eum extulit, misitque Legatum in Germaniam, ut Lutheranæ doctrinæ initia disputatione tollerentur. Exinde Clemens Brundusinum, casu potius quam animi iudicio, Antistitem fecit. Paulus autem veræ virtutis eruditus exornator, legit in Senatum. Lætatus est ea purpura per annos quinque, pervasurus haud dubie ad exactam ætatem, nisi nimia tuendæ valetudinis solicitudine, intempestivis medicamentis sibi hercle insanus & infelix Medicus, viscera corrupisset. In toto autem vitæ cursu, extemporanea facundia delectatus, sero ingenii labem sensit, quum ad meditatam scriptionem purior eloquentiæ vena, uti externo & præcipiti quodam luto perturbata minime proflueret, ita spe melioris styli, misere destitutus, quum vastum opus, vasta illa memoria adversus singulos disciplinarum Professores agitaret. Romæ interiit Fato suo vehementer indignatus, quum se præreptum anno uno ante

* Extant Hieronymi Aleandri Tabulæ in Gramm. Græcam, Argentorati A. 1517. excusæ 8°.

r) Talis etiam visus est Christianis nonnullis, sed praeter rem. Inspice sodes Bibliothecae meae Hebraicae Vol. III. p. 231.

te climactericum inter anxia, fupremaque fufpiria quereretur. Tumulatus eft in æde Tranftyberina, D. Chryfogono dedicata, ea teftamenti lege, ut fepulcrum, Græco carmine abs fe compofito, cum reliquis titulis infcriberetur, quo nouas clades imminere Italiæ ominatur.

EPITAPHIVM.

Hieronymo Aleandro Mottenfi è Comitibus Landri in Carnia, Petra Pilofa in Hiftria oriundo T. T. S. Chryfogoni S. R. E. Presbyt. Card. Brundufino, Philofophiæ & Theologiæ Doctori, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, aliquotque aliarum linguarum exoticarum ita exacte docto, ut eas recte & apte loqueretur & fcriberet, mox diverfis legationibus pro fummis Pontt. ad omnes fere Chriftianos Principes fideliter & diligenter perfuncto, & ideo in tabem delapfo, quanti humanam miferiam fecerit, fequenti Difticho de fe edito, teftatum pofteris reliquit.

Κάτθανον οὐκ ἀέκων, ὅτι παύσομαι, ὧν ἐπιμάρτυς
Πολλῶν, ὧν περ ἰδεῖν ἄλγιον ἦν θανάτυ.

Quod eft:

Exceffi è vitæ ærumnis faciliaque lubensque,
Ne peiora ipfa morte dehinc videam.

Natus eft Motta in Carnia A. 1479. *Moritur Romæ A. Chrift. Salutis* 1542. s) *ætat.* 62. *minus diebus* 13. *Hæredes Patruo ampliffimo & optimo P. C.*

Variorum Teftimonia de Aleandro.

GUlielmus Copus *Germano de Ganay* in Pauli Aeginetæ Præcepta falubria a fe Latine verfa, Parif. 1510. *Lutetiæ Hieronymum Aleandrum, Græce & Latine & Hebraice, adde etiam Chaldaice, doctiffimum, perpetuum annum Poetas & Oratores Græce legentem audivi.*

Arnoldus Ferronus in Ludovici 12. vita, p. 45. Operis

s) Kalendis Februarii, tefte *Hieron. Oldoino* in Athenaeo Romano pag. 317.

ris de rebus gestis Gallorum, Lutetiæ 1554. *Aleandrum Rex, cum Lutetiæ summo auditorum concursu Gryphum Ausonianum primum, & Theodori Gazæ Græcæ linguæ Grammaticas Institutiones: mox & M. T. Ciceronis librum de Vniversitate enarraret: quingentorum nummorum aureorum stipendio annuo fouerat.* Plura de Aleandro in eodem vita Ferronus.

Ascensius in limine Notarum ad Poema inscriptum *ROSA*, quod alii Virgilio, alii Ausonio tribuunt: *Huius Carminis Author, ut uir doctissimus Hieronymus Aleander asserit, Ausonius est.*

Lazarus Baifius in Libello de vasculis, ad calcem Operis de re vestiaria Lutetiæ 1549. *Venetiis Latini vocabuli vestigia vulgo retinent, vocant enim* Mozol *Modiolum, ut nos admonuit vir egregie triplici lingua doctus, Hieronymus Aleander, Archiepiscopus Brundusinus.*

Beatus Bildius, a patria Rhenaco Rhenanus dictus, in Epistola ad Archiepiscopum Coloniensem, Selestadii 18. Kal. Sept. A. 1536. *Hieronymo Aleandro Mottensi, trium linguarum peritissimo, qui hodie Brundusinæ Ecclesiæ Archiepiscopus præsidet, Erasmus familiarissime coniunctus fuit, utpote contubernali in ædibus Aldinis, qui scit me vera prodere.*

Amicus Agrippæ, Bonon. Kal. Janu. 1532. *Libri Reverendissimi Aegidii ad Reverendiss. D. Brundusini manus deventuri creduntur, qui ut est omnium humanitatum parens, sese iam obtulit attestaturum, quantopere nostras literas ducat.*

Gyraldus in Poemate de Vrbanæ direptionis incommodis:

Non potes hic præsto esse mihi Officiose Coloti
Non notus triplici Aleander munere linguæ.

Erasmus *Adagio* Ne Bos quidem pereat: *Hieronymus Aleander, Archiepiscopus Brundusinus, propugnator nutantis Ecclesiæ, omnibus linguis excellit.*

Idem *Adagio* Festina lente: *Proverbiorum Apostolii copiam nobis fecit Hieronymus Aleander.*

Idem *Adagio* Rana Gyrana sapientior: *Vt locum Arati diligentiùs expenderem, Hieronymus Aleander, vir non tantum literis clarus, mihique vetere necessitudine iunctus, in*

causa

causa fuit : Ille rursus , quod indicavit , Cælio Calcagnino transcribit. Nos neutrum voluimus sua laude fraudatum esse.

Idem Gul. Budæo 1521. *Aleander iamdiu apud nos est : sed huius hactenus nobis maligna fuit copia , quod sategerit in hoc Lutherano negotio , in quo sane fortem ac strenuum virum se præbuit. Hoc ubi defunctus erit , imo quia iam prope defunctus est , licebit aliquoties hominis consuetudine frui , non minus amoena quam erudita.*

Idem Sylvestro Prierati Basil. 1523. *Aleander nihil non facit adversus Lutherum , at si pernosses rem omnem , solus Erasmus plus fregit vires & animos illius factionis , quam omnia Aleandri molimina.*

Aloisius Marlianus Erasmo , Wormaciæ 7. April. 1521. *Ab Aleandro nostro , homine , ut reor , tibi cum communibus studiis , tum mutuis officiis coniunctissimo , & veteri amico , ea de te tantum audivi , quæ de seipso dici vellet. Modestus est profecto , quod admiror in tanta linguarum multiplicitate , & bonarum artium varietate , humanus & suavissimis vir moribus: Est præterea ea animi moderatione , ni fallor , ut non deteriora in alios dicat , quam de se vellet audire.*

Erasmus Aloisio Marliano , Antverp. 17. Kal. Maias 1521. *De Aleandri in me animo , & a pluribus & a gravioribus mihi nunciatum est , quam potuerim omnino diffidere , & tamen reclamat hominis eruditio , reclamat vetus nostra familiaritas , nec alioqui facile recipio in animum , quod Gratiarum soluat nodum.*

Pierius in Virgilium p. 33. Paris. 1529. *In aliquot Prisciani codicibus antiquioribus , iisque præsertim , quos ab Hieronymo Aleandro o Contubernali meo , viro literatissimo , accepi , uno exemplo lectionem hanc ita citatam inveni.*

Sleidanus ad A. 1520. *Aleander erat Italus , patria Mottensis , Hebraicæ linguæ peritissimus. Docuit aliquando bonas literas Lutetiæ ; Romam profectus paulatim crevit ; factus deinde Archiepiscopus Brundusinus , post etiam Cardinalis.*

Jerosme Negro à Marc Antoine Micheli , de Rome le 20. de Mars 1525. *L'Archevesque de Capuë nous a raconté un cas estrange d'Aleandre Evesque esleu de Brindes , & Nonce de sa Sainteté pres le Roy tres Chrestien : c'est qu'en la plus*

grande fureur du combat, & en celle confusion telle que la pouvez imaginer, le pauvre Gentilhomme s'enfuyant vestu d'accoustrement digne de son estat d'Evesque, il tomba és mains de trois Espagnols, lesquels le prenans & sans autrement le cognoistre, le contraignirent par menaces & bravades de se tailler à 3000. ducats de rançon, & le menerent en cet equipage par le camp, se tournant souvent en arriere, & l'importunans avec tres rigoureuses paroles de suivre. L'effroyé Evesque couroit apres eux comme un laquais sans oser dire qu'il fust Nonce Apostolique. Mais estant dedans Pavie il fut recogneu par le Viceroy de Naples, & par le Marquis de Pescare, qui avec grand peine & difficulté le delivrerent de cette prison & servitude, neantmoins fallut-il pour estre quite de son serment, qu'il donnast aux Soldats susdits 200. ducats pour homme, afin de les contenter. J'entens, qu'il va à Venise, il nous fera le conte de ses disgraces & mesauantures.

Le Mesme de Rome le 24. d'Octobre 1526. *L'Archevesque de Brindes, demie heure auparavant avoit sauvé ses biens à Rome, & il se retira au Chasteau; mais son logis & famille, & mesnage du Bourg, servit de proye aux Soldats.*

Onuphrius in Vita Hadriani Sexti: *Ferunt, eo Pontifice Theophilum Patriarcham Alexandrinum, literas Graecè scriptas ad eum transmisisse, quibus Sedi Apostolicae obedientiam obsequiumque detulerit, quas vir multarum linguarum simul & disciplinarum exacta cognitione clarus, Hieronymus Aleander, tunc Pontificiae Bibliothecae Curator, nunc Brundusinae Sedis Archiepiscopus, Latine interpretatus est, & una cum ipsa interpretatione, ni fallor, in scriniis Pontificiis, ad memoriam posteritatis reposuit.*

Idem in Non editis de Bibliotheca Vaticana: *Hieronymus Aleander, Carnus, Archiepiscopus Brundusinus, Cardinalis, Bibliothecarius creatus est anno* 1537.

Le P. Jacob dans son Traité des Bibliotheques p. 133. 1645. *Hierosme Aleandre a aussy contribué à l'augmentation de la Bibliotheque de S. Marc de Venise par celle qu'il possedoit.*

De eodem Erasmus in Spongia adversus Aspergines Hutteni, ut in Epistolis pag. 545. 546. 575. 598. 691. 733. 761. 770. 873. & alibi. Melanchthon in Epistolis edit. Leydensis 1647. p. 456. Rhodiginus apud Leodegarium a Quer-

a Quercu Tomo I. Cinni Epigramm. pag. III. Mutianus Presbyter in Epiſtolis Reuchlinianis. Laurentius Schraderus in Monumentis Italiæ. Paulus Sarpius in Hiſtoria Concilii Tridentini non ſemel. Pierius in Poëmatibus, & alii. t)

PAVLVS LACISIVS
Veronenſis.

DE Paulo Laciſio, tanquam Hebraice docto, Franciſcus Robortellus Præfat. ad Lectorem in Ariſtotelis Poeticam, Baſil. 1555. his verbis: *Magnum mihi adiumentum præbuit pervetiquus liber in membranis deſcriptus, de quo mihi libentiſſime, ſicuti de aliis multis, accommodavit Paulus Laciſius Veronenſis, Vir Græcarum Latinarumque literarum, etiam Hebræarum peritiſſimus.* Claruit A. 1546. & Argentorati diem clauſit. u)

Teſtimonia de Laciſio.

JOſias Simlerus in Vita Petri Martyris: *Lucæ linguam Latinam docebat Paulus Laciſius Veronenſis.*

 Idem

t) Plures alios de noſtro videndos memorat *Oldoinus* l. c. pag. 318. His adde *Chevillerium* de originibus Typographiae Pariſienſ. p. 251. ſq. *Laur. Craſſum* de Poëtis Græc. p. 177. *Cæſarem Egaſſium Bulæum* in Hiſtoria Vniverſitatis Pariſienſ. Tom. V. p. 882. & Tom. VI. pag. 940. *Pet. Baelium* in Dictionario Tom. I. p. 162. *Paul. Freherum* in Theatro p. 29. & nuperrime *Nicol. Comnenum Papadopoli* in Hiſtoria Gymnaſii Patavini Venet. 1726. fol. ed. Tomo II. p. 194.

u) Quo anno Laciſius vita exceſſerit, nusquam memini relatum. Exſtat quidem *Melchioris Sebizii*, Prof. quondam Medici Argentoratenſis, Appendix Chronologica de Profeſſoribus Acad. Argentoratenſis ad calcem Concionum quinque B. Joh. Schmidii, quas Jubileo Gymnaſii Argentoratenſis, an. 1638. celebrato, deſtinavit, p. 209. ſqq. Sed ibi quidem nihil aliud legas p. 294. quam iſta: *Paulus Laciſius, Italus, Argentinam venit cum Petro Martyre, Græcosque autores expoſuit.* De reliquis ad noſtrum pertinentibus legi inprimis debet Petri Martyris vita à Joſ. Simlero ſcripta, ad quam hic provocat Colomeſius, quamque Melchior Adami in Vitis Theologorum Exterorum repetiit. Legitur illa in editione Vitarum Francofurti ad Moenum an. 1705. in fol. curata, pag. 13. ſqq. Atque hinc ſua hauſit *Pet. Baelius* in Dictionario Tom. II. p. 1745.

Idem ibidem : *Palus Lacisius Veronensis Argentinæ factus Græcarum literarum Professor, in ea urbe mortem obiit.*

Nicolaus Gerbelius in Græcia pag. 22. Basil. 1545. *Hos Joh. Zetzis versus Latinitate donavit Vir incredibili pietate atque eruditione, Paulus Lacisius Veronensis.*

PAVLVS PASETHVS.

HUnc sic alloquitur Lilius Gregorius Gyraldus Epistola Præfatoria in Syntagma tertium Historiæ Deorum Gentilium Basil. 1548. *In sacris literis tu ita invigilas, & tales progressus facis, ut paucos in hac tua iuvenili ætate Senes & provectos, pares in eis interpretandis habere videaris; nimirum ut qui ex ipsis fontibus haurias, hoc est ex Hebrais literis, quas multo studio & sudore es assecutus, nullos prætermittens labores, nullis etiam sumptibus parcens.* Claruit A. 1546.

PAVLVS CANOSSA
Venetus.

PAulus Canossa, alias Paradisus, Judæo-Christianus, x) linguam Hebraicam Parisiis docuit circa annum 1537. Scripsit Dialogum de modo legendi Hebraice, y) teste Simlero in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome. Obiit mense Maio anni 1546. Mortuum deflevit Johannes Quinquarboreus Præfat. ad Lectorem in Opus de re Grammatica Hebræorum: *Heu*, inquit, *miseram hominum conditionem! ecce enim*

x) Hoc nomine illius feci mentionem in Volumine III. Bibliothecae Hebraic, p. 909. ubi, quae plura de eo dici poterant, hinc petes.

y) Habeo libellum hunc prae manibus, ita inscriptum: *Pauli Paradisi Veneti, Hebraicarum literarum Regii Interpretis, de modo legendi hebraice dialogus*, Parisiis apud Hieron. Gormontium 1534. 8. Constat plagulis omnino tribus. Præfatus est Joannes à Fraxino. Auctor autem opusculum suum Margaritae Navarrae Reginae carmine inscripsit. *Imbonatus* in Biblioth. Latino-Hebraica p. 189. duplicem libelli editionem memorat, *Parisiensem* alteram anni 1532. alteram *Venetam* 1534. De posteriore vereor, ne fallatur, cum Parisiensis illa eundem annum referat.

enim nunc nuper Paulum Paradisum viventem spirantemque conveniebam, cui & nomen illud idem erat insigne, tribusque Beniamin (ut ipse de antiquitate sua gentis mihi nonnibil referens aliquoties commemorabat) eodem cum Vase illo electo Paulo Gentium Apostolo: sed proh dolor! is non ita pridem è vivis discedens, haud quidem sine magna studiosorum omnium iactura, vel ut pius parens orphanos solet liberos, nos magno sui desiderio afflictos; omnique ea ope, qua quondam liberalissime auditorum suorum omnium studia alebat, destitutos reliquit. Verum quis fato repugnet? Superest igitur hoc tandem, Lector candidissime, ut pro tot tantisque in hanc nostram Academiam meritis, quotquot illius discipuli fuimus, illum praeceptorem nostrum suis laudibus praedicemus, omnesque pii viri manibus pacem & quietem precemur. Vale. Hæc Quinquarboreus.

Ad Pios Manes Pauli Paradisi,
Leodegarius a Quercu.

Insignis, Paradise Paule, splendor
Musarum, Charitumque, qui peristi
Tota flente Lutetia, ast Olympo
Applaudente, ubi nunc sedes quietus
Descende huc iterum, tui precantur:
Nam postquam invida fata te tulerunt
Nemo substitui tibi meretur.
Hac ergo ratione tunc necesse est,
Vt sis suppostitius tibi ipsi.

Variorum Testimonia de Paradiso.

ROBERTUS Senalis in Libro de ponderibus & mensuris, Paris. 1535. p. 27. versa: *Adde, quod R. Salomon Gallus erat Trecensis, qui Chorum & Chomer in suis Commentariis adserit Gallice appellari* ung muy, *hoc est* modium, *Ita mihi adseruit Dominus Paulus Venetus, olim professione Hebraus, nunc sacri Baptismatis unda renatus, apud Parisios Hebraicarum Literarum Interpres, Christianus.*

Joh. Quinquarboreus *Doctissimo viro Paulo Paradiso Veneto, Regi ab Eleemosynis, atque Heb. literarum Lutetiæ Regio Professori*, in Opus de re Grammatica Hebræorum, Parif. 1549. *Hunc librum tibi viro amplissimo, non sine ratione dicandum duximus, nimirum quod te usus sim præceptore, cui non minus certe familiaris est sermo Hebraus, quam sit aliis Latinus, quippe cum ab ineunte ætate te adeo diligenter in eo exercueris, ut in quo plurimum insudandum aliis sit, ut intelligant, in eo te facile recrees, & omnes in tui admirationem ingenii dexteritate trahas.*

Gulielmus Zenocarus in Vita Caroli 5. Imp. Gandavi 1559. *Ego Parisiis Vatablum, Agathium & Paradisium Hebraos audivi.*

Th. de Beze au premier Tome de son Histoire Ecclesiastique, p. 3. *Environ l'an 1517. à Paris furent establis plusieurs Professeurs, entre lesquels furent les plus renommez pour la langue Hebraique, Agathius & Fr. Vamble, auxquels fut adioint puis apres Paul Paradis Juif de nation.*

Du Breul p. 759. des Antiquitez de Paris. 1612. *Paul Canosse, dit Paradis, Hebreu ou Juif de nation, estoit Professeur du Roy en langue Hebraique des l'an 1533. & ne l'estoit plus l'an 1538.*

De eodem Eustachius à Knobelsdorf in Descriptione Lutetiæ carmine scripta, p. 37. Parif. 1543.

FRANCISCVS MARIVS MOLSA *Mutinensis.*

Ex Jovio & aliis.

FRranciscus Marius Molsa, vir Hebraicarum literarum peritus, eximium atque habile ad poeticam ingenium a natura consecutus, Latinis elegis & Hetruscis rhythmis pari gratia ludendo Musas exercuit: tanta quidem omnium commendatione, ut per triginta annos, qui Romæ Mecoenatis nomen tulere, insigni liberalitate, studioque adiutum adipiscendis honoribus efferre contenderint: prægravante semper eius genio, quum redivivis toties amoribus occupatus, par ingenio studium subtraheret, neque

neque habitu, incessu, ullove nobili commercio carminum famam tueretur; foede prodigus, honestique nescius pudoris, neglectum rerum omnium ad innoxiae libertatis nomen revocabat usque adeo supine, ut summae laudis & clarioris fortunae certissimam spem facile corruperit. His moribus, quum Venerem quam Mineruam impensius coleret, ab illa meritum pudendo contactu miserabilis morbi, quo periret, venenum hausit. Ab hac vero sempiternam ingenii laudem retulit, non a iucundo tantum carmine, quo lasciviisse videtur, sed pedestri etiam gravique facundia, qua Laurentium Medicem, nefaria libidine antiquis statuis noctu illustria capita detrahentem, apud Romanos ab ea iniuria dolore percitos accusavit. Ea enim perscripta Oratione, Laurentium usque adeo pudore & metu perennis probri consternatum ferunt, ut atroci animo, quo inustam ignominiae notam novitate facinoris obscuraret, interficiendi Principis, amicique singularis immane consilium susceperit. Obiit Romae, anno 1548. z) In eius laudem sic M. Antonius Flaminius:

Postera dum numeros dulces mirabitur aetas;
Sive, Tibulle, tuos, sive, Petrarcha, tuos;
Tu quoque Molsa pari semper celebrabere fama,
Vel potius titulo duplice maior eris;
Quicquid enim laudis dedit inclyta Musa duobus
Vatibus, hoc uni donat habere tibi.

Testimonia de Molsa & eius scriptis.

GYraldus in Historia Poetarum sui temporis, Dialogo I. *Fr. Marium Molciam Mutinensem & M. Antonium Flaminium adolescentes adeo bonarum literarum studio inflammatos video, ut assidue ambo vel libros evoluant, vel aliquid ipsi componant. De utroque magna*

z) Ita quidem *Thuanus*, at quatuor annis ante, i.e. 1544 mense Februario vita esse functum ex *Lucae Contilii* epistolis Italicis, lib. I. fol. 85. & aliis monumentis, á Cl. *La Monnoie* per epistolam communicatis, ostendit *Pet. Baelius* in Dictionario Tom. II. p. 2121.

magna concipere possumus, nec solum hi humanitatis flosculos legunt, sed ulterius sua studia proferunt. Franciscus enim post uernacula, in quibus sua iam eruditionis certa documenta dedit, Latina Græcis & Hebrais coniungit, & licet nimio plus mulierum amoribus insanire uideatur, inter rarissima tamen ingenia connumerandus.

Idem in Poemate de vrbanæ direptionis incommodis:

Molcia lasciua nescit iuga ponere amica.

Simlerus in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome: *Francisci Marii Molsæ, Mutinensis, Poeta Oratio in Laurentium Medicem, qui Romæ noctu statuis antiquis capita detraxerat. Ejusdem Elegia Catharina Regina Angliæ ad Henricum Octauum, & alia carmina extant. Obiit ante paucos annos Romæ.*

Tumulum affert Hieronymus Fracastorius, Medicus quondam celeberrimus, in operibus Lugduni excusis p. 91. a) Laudant Annibal Caro, Trifon Bencio, & alii, quorum testimonia transcribere longum foret, b)

ALEXIVS
Pedemontanus.

Alexius, a patria Pedemontanus, nobili, ut ipse testatur, genere natus, & fortunæ bonis atque commodis ample dotatus, a puero literis operam dedit; Linguarumque Lat. Gr. Heb. & Arabicæ cognitionem consecutus est.

a) Carmen Fracastorii ἐπιτάφιον in nostrum legitur in calce Partis II. Operum ejus, Lugduni 1591. 8. editorum, inter reliqua ipsius carmina p. 91.

b) Consulere juverit prae ceteris praeter *Baelium* l. c. *Teisserium* in Elogiis Thuaneis Tom. I. pag. 16. 17. & Tom. II. p. 10. *Adrianum Bailletum* in Judiciis eruditorum de Poëtis Tom. IV. Part. III. n. 1281. & *Crescimbenium* in Historia Poëseos vernaculae Parte V. lib. II p. 106. & lib. V. p. 328. item Accessionibus ad Volumen II. Commentarii super illam historiam pag. 403. Icon eius una cum epigrammatibus variorum, memoriae ipsius consecratis, exstat in *Nicol. Reusneri* Iconibus clarorum literis Virorum Q. I.

eſt. Cumque Philoſophiæ ſtudiis naturæque arcanis imprimis deditus eſſet, annos ſeptem & quinquaginta peregrinatus, eruditorum hominum notitiam ſibi comparavit. Hinc factum eſt, ut in rebus etiam abſtruſiſſimis oculatiſſimus fuerit. Porro arcanorum erat adeo tenax, ut ne amiciſſimis quidem, quæ ſibi eſſent comperta, aperire vellet. Cum verſaretur Mediolani, ibique Opifex quidam calculo laboraret, Chirurgus Alexii familiaris ipſum rogavit, ut medicamentum aliquod ſibi præberet, quo ægrum eo morbo affectum ſanare poſſet. Alexius autem exiſtimans, ex aliorum inventis Chirurgum illum gloriam quærere, remedium ei denegavit, petiitque, ut ægrum inviſere ſibi liceret. Chirurgus vero, ſive quod puderet ab aliis artis ſuæ præſidium accipere, ſive quæſtus gratia, rem in duos dies diſtulit, quibus elapſis, Alexium ad ægrotum perduxit. Quo cum brevi perveniſſet, iam miſer animum agebat, & paulo poſt coram illis vitam cum morte commutavit. Qua de cauſa Alexius ita perturbatus eſt, tantaque miſeratione affectus, ut mori & ipſe cuperet, præſertim cum videret, ambitione ſua effectum eſſe, quo minus bonus ille vir remediis ſuis ſublevaretur. Facti igitur poenitens, vitam ſolitariam deinceps tantummodo cogitavit. Verum cum in Coenobiis vivere nollet, locum quendam a civitate remotum emit, ubi cum unico famulo vitam monaſticam egit. Scripſit de Secretis libros ſex in varias linguas translatos; horum primus a Gulielmo Gratarolo, Bergomenſi Medico, cenſura notatus eſt. Fatis conceſſit circa annum 1550. octogenario maior. c)

c) Petita haec ſunt ex *Alexii*, ſive *Alexis*, ut alii appellant, præfatione ad libros ſeptem (tot enim ſunt, non *ſex*, ut noſter habet) *de Secretis*, in qua inter cetera quoque teſtatur, id, quod Colomeſius hic narrat, accidiſſe ſibi, cum annum aetatis 82. & ſeptem menſes ageret. Diverſae libri illius editiones & verſiones recenſentur à *Mercklino* in Lindenio Renovato pag. 28. & *Hendreichio* in Pandectis Brandenburgenſ. pag. 112. Vide praeterea *Crucimanium*, ſive *la Croix du Maine* & *Verderium* in Bibliotheca Gallica, hunc pag. 24. iſtum pag. 7. itemque *Pet. Baelium* in Dictionario Tom. I. p. 171. & *Alphonſi Ciacconii* Bibliothecam Vniverſalem.

JOHANNES BAPTISTA AMALTHEVS *Foroiulienſis.*

DE eo ſic Gyraldus Dialogo 2. Poetarum ſui temporis: *Vidi ſuperioribus bis diebus Joh. Bapt. Amalthai quosdam verſus, inter quos Eclogas, Elegos, & Epigrammata.* d) *Juvenis* e) *hic, ut audio, trilinguis; de quo bene ſperandum. Cuiatis ſit neſcio, ſed eum Foroiulienſem audio, eumque Venetiis apud Lipomanos iuventutis inſtitutorem agere.* Claruit A. 1550. f)

HIERONYMVS MASSARIVS *Vincentinus.* g)

HIeronymus Maſſarius, Vincentinus, linguæ Sanctæ Inſtitutiones h) ſcripſit, de quibus in hæc verba Simlerus

d) Evolve Delicias Italicas Tom. I. p. 79.

e) Hoc nomine eum inter praecoces eruditos retulit B. *David Schultetus* in libello vernaculo, quem inſcripſit *Theatrum eruditae juventutis*, pag. 43.

f) Plura de noſtro ſuppeditabunt *Tiſſerius* in Elogiis Thuaneis Tomo I. pag. 418. *Creſcimbenius* in Commentario ſuper hiſtoriam Poëſeos vernaculae lib. IV. Vol. II. p. 241. & Nic. Commenus Papadopoli in Hiſtor. Gymnaſii Patavini Tom. II. p. 228. ubi ſimul de binis ejus fratribus, *Hieron.* & *Cornelio*, commentatur.

g) Accipe de noſtro, quae habet *Melchior Sebizius* in Appendice Chronologica de Profeſſoribus Academ. Argentorat. quae cum B. *Jo. Schmidii* quinque concionibus an. 1638. in Jubilaeo Academ. Argentinenſis habitis, & Argentor. 1641. 4. impreſſis, prodiit. Ibi Sebizius pag. 257. ita: *Hieron. Maſſarius natione Italus fuit, patria Vicentinus. Profeſſus Phyſicam & Medicinam. In lingua Hebraea probe verſatus. In Collegio Thomano Submiſſarius, vanitatibus mundi relictis, tranſiit ad domicilium beatorum anno 1564. d. 1. Auguſti, peſte infectus. Jo. Sturmius lib. 2. epiſt. dat illi teſtimonium hominis docti & Medici literati.* Alia de vita, converſione ad ſacra puriora, ſcriptisque ejus lege apud *Pet. Baelium* in Dictionario Tomo III. edit. 1720. p. 1954. Inter ſcripta eminet Polemicum unum, quod inſcripſit *Euſebium Captivum, ſive modum procedendi in Curia Romana contra Evangelicos.* Prodiit illud ſub nomine *Hieronymi Marii Vincentini* Baſileae an. 1553. 8. deinde per Chriſtoph. Pezelium an. 1597. recuſum.

h) Illæ nunquam prodierunt.

lerus in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome p. 77. edit. 1555. *Hieronymi Massarii lingua S. Grammatica Basileæ a Johanne Hervagio brevi excudetur.* Claruit A. 1554. i)

ISIDORVS CLARIVS
Brixianus.

Isidorus Clarius, patria Brixianus, professione Benedictinus, etiam commemorandus venit, qui Fulginii Ecclesiæ per septennium præfuit, vir tribus linguis doctissimus, qui ad doctrinam Christianam, mores castissimos, vitam integerrimam, animum, nihil præter charitatem & eccclesiæ emendationem ac unionem spirantem, attulit; tanta in pauperes largitate & in omnes benignitate usus, tantaque sanctitatis opinione inde conciliata, ut post mortem turba ingruente, & invitis custodibus ædes perrumpente, totis quadraginta horis ad deosculationem patuerit, quod minime voluisset, * nullo foetore emisso. Vixit sexaginta annos, & febre violentissima correptus 5. Kal. Jun. k) A. 1555. placide ad Deum migravit, in ecclesia sua Fulginii sepultus.

Ex Thuani Historiis ed. Patissonii.

* Hæc verba, *quod minime voluisset*, in aliis editionibus desunt.

Variorum Testimonia de Clario & eius scriptis.

Sixtus Senensis in Bibliotheca S. pag. 425. edit. Venetæ: *Isidorus Clarius Brixianus, è Monacho Cassinate Episcopus Fulginatensis, in totum Bibliorum Corpus a se translatum scholia* l) *collegit, quæ cum primum Christianis interdicta essent, demum præcisis Prologo & Prolegomenis, authoritate Tridentinæ Synodi restituta sunt. Scripsit etiam Orationes* 54. *in Evangelium Lucæ*

 Venet.

i) Obiit an. 1564. die 1. Augusti. Vide not. g.

k) Vel potius 4. Kal. Junii i. e. die XXVIII. Maji, ut patet ex tumulo ejus, quem *Hieron. Ghilini* in Theatro Vol. I. p. 274. attulit, ubi & *annum ætatis circiter* 60. *egisse* dicitur.

l) Vide omnino Cl. *Jac. le Long* Bibliothecam Sacram Tom. I. edit. Paris. 1723. fol. 258. & Tom. II. fol. 676. ubi alia nostri scripta recensentur.

Venet. 1565. *Item in Sermonem Domini in monte Orationes* 69. *Ibid.* 1566.*

* His adde Orationes extraordinarias Venet. 1567. & opus de modo divitiarum Mediolani 1540.

Andreas Rivetus in Isagoge ad Scripturam S. Lugd. Bat. 1627. p. 175. *Santem Pagniuum secutus est Isidorus Clarius Brixianus, Episcopus Fulginas, qui* uti cum Latina lingua Græcam Hebræamque callebat (*ait Possevinus in Apparatu*) sic Biblia quoque vertit utriusque Testamenti ad Hebraicam (ut præ se fert inscriptio) & Græcam veritatem, *quæ Venetiis fuerunt excusa una cum Scholiis anno* 1542. *Hanc eius operam non reiecerunt Inquisitores Pontificii, id tantum in Regula* 3. *Indicis librorum prohibitorum iusserunt, ut Prologus & Prolegomena praciderentur, quod postea factum est in alia editione Veneta, qua ex officina Iuntarum prodiit anno* 1564. *Is etiam omnibus non satisfecit, prasertim Melchiori Cano, qui Lib.* 2. *de Locis Theologicis in eo culpat, quod* pollicitus esset in Operis fronte Veterem editionem correctam; postea vero quam pollicitatione hac depulisset invidiam novitatis, quædam adiecisset, nonnulla mutasset, ut lector non aliud possit in locis mutatis intelligere, quam aut veteris Interpretis errorem, aut veterum codicum depravationem. *Iudicat ergo, debuisse eum* potius novam editionem confiteri, quam veterem emendatam, ne Lectores simplices verbis ambiguis deciperentur. *At ille in eo prudenter egerat, ut qui sciret, quam difficile esset iis placere, novam prorsus editionem cudendo, qui veteris errata pro canonicis & authenticis habebant.*

Sebastianus Verronius in Chronico 1599. p. 450. *Isidorus Clarius, Episcopus Fulginas, trilinguis, doctrina, morum sanctimonia, apostolico spiritu & zelo excellens, summa laude anno* 1550. *in Ecclesia Dei floret, summaque industria ad populi salutem procurandam laborat. Ex eius Operibus & Epitaphio.*

Petrus Faber Sanjorianus Lib. 3. Semestrium c. 1. *Astarte dicta non est ab Aster, quod Hebraeorum lingua* Ovem *significat; tanquam sub ovis forma, ut sub arietis olim figura Iupiter Ammon in Africa, sic apud Iudaeos in Astarte coleretur: quod nonnulli tamen eruditi viri, post Clarium utique Casinatem monachum, Sacrorum Bibliorum Scholiastem minime aspernandum, asserere ausi sunt.*

Iaco-

Jacobus Sadoletus *Isidoro Clario Abbati*, Romæ, inter Sadoleti Epiſtolas, bis.

De eodem Paulus Sarpius Lib. 2. Hiſtoriæ Concilii Tridentini, circa medium; Fr. Nanſius ad Nonni Paraphraſ. in Johannem pag. 5. 11. 17. & alii plures. m)

MARCELLVS CERVINVS
Papa.

MArcellus Ceruinus, Vir Hebraice in iuventute doctus, Fano in agro Piceno natus, cum maiores ſuos a Politiano, Etruriæ caſtello, repeteret, in ſummum Pontificem electus eſt 5. Id. Aprileis A. 1555. Ranutii Farneſii, Cardinalis Alexandri, qui tunc aberat, fratris favore præcipue ſublevatus, ſub quorum avo ob ſummam eruditionem, & cum gravitate conjunctam morum probitatem ad magnos curiæ Romanæ honores evectus, poſtremo ipſius Alexandri commendatione in Cardinalium Collegium cooptatus fuerat. Is, quod Pater Richardus, aſtrologiæ iudiciariæ ſcientia clarus, ei ex ſtellarum coniunctione ſummam in Eccleſia dignitatem prædixiſſet, cum a Caſſandra Bencia, matre, ad nuptias invitaretur, pertinaciter recuſaverat, nolle ſe dictitans clariorem longe fortunam, quam ſibi aſtra ſoluto ac cælibi portenderent, matrimonii vinculis commutare. Id ſane Lucas Gauricus, cuius magnum in ea arte nomen, in libro Geniturarum prodidit: qui liber, quod ſumme mirandum, triennium antequam Cervinus Pontifex renunciatus eſt, Venetiis publicatus fuit; Vt non vanam omnino eam prædictionem fuiſſe, aut de præteritis, ut plerunque fit, tantum pronunciaſſe appareat. Statim ubi magiſtratum iniuit, ut grati animi ſpecimen daret, ſe daturum operam dixit, ut

 Far-

m) Legendi inter ceteros ſunt *Teiſſerius* in Elogiis Thuaneis Tom. I. pag. 97. ſqq. & Tom III. pag. 65. 66 *Jacobillus* in Bibliotheca Vmbriae, *Leonbardus Cozzandus* in Bibliotheca Brixiana Tomo I. pag. 222. & *Ludov. Ellies Dupin* in Bibliotheca Nova Scriptorum Eccleſiaſtic. Tom. XVI. pag. 18. ſqq.

Farnesii intelligerent, familiæ suæ beneficio Paulum 3. in se revixisse; Sed cum valetudine parum prospera uteretur, adhæc comitiorum incommodis valde debilitatus esset, duodecimo post die gravius e pituita & non levi febre decubuit, qua imminuta & minui sensim vires coepere, tandemque apoplexia correptus pridie Kal. Maias, 55. minus 6. diebus, ætatis anno, & 22. Pontificatus die ex hac vita migravit, & iuxta Nicolai 5. monumentum conditus est, Vir rara eruditione, prudentia & sanctitate vitæ antiquis comparandus, & sub quo certa spes emendandæ Ecclesiæ Romanæ affulserat, nisi ipsum, quod multo ante non dissimulaverat se vereri, pontificii fastigii altitudo, quæ plerosque alios mersit, forte fuisset depravatura. Nam cum Anagnoste de more sacros libros aut Patrum veterum scripta, dum cibum sumeret, recitante, post longum silentium in memoriam revocasset Hadriani 4. verba, quibus miseram Pontificum Rom. conditionem deplorabat, mensa manu percussa subiecit, non videre se, quomodo, qui fastigium hoc altissimum tenerent, saluti suæ consulere possent. n) Hæc & alia tradit Onuphrius in Marcelli huius Vita.

Variorum Testimonia de Marcello Ceruino.

JOh. Albertus Widmanstadius Epist. Præfat. ad Ferdinandum Imp. in N. T. Syriacum Viennæ 1555. *Inter linguarum Orientalium cultores & Marcellum 2. & Paulum 4. Pontifices maximos, tanquam peritissimos earum linguarum reponerem, nisi in privata & quieta vita uterque hanc laudem contemnere maluisset.*

Marianus Victorius (de quo infra) *Marcello Ceruino Cardinali*, in Aethiopicæ linguæ Institutiones, Romæ 1552.

Papirius

n) Vide huc *Davidis Ancillonii* Miscellanea gallice edita Tom. I. p. 329. & *Petrum Baelium* Tomo I. Dictionarii edit. 1702. pag. 543. in notis.

Papirius Massonus in Marcelli 2. Vita: *In tam brevissimi Pontificatus tempore, praeconem eximium suae virtutis habuit Paulum Manutium amantem veri: Is enim Epistolam * dedit ad Marcellum 2. qua pietate erga Deum & homines incensum esse illum praedicat, altissimisque consiliis & cogitationibus affluentem; quas ob causas laetari se dicit, quod tantus vir sedem Apostolicam attigerit. Habuit & Hieronymum Seripandum, virum sanctitate & praestantia insignem, quem Julius Salerni Archiepiscopum fecerat, Pius quartus Cardinalem praeesse Synodo Tridentinae mandans: Epistola enim eius ad Fesulanum Episcopum adhuc superest, * qua virum illum mire constantem & Catonianae severitatis propemodum imitatorem, negat Pontificatum unquam humanis consiliis assecuturum. Postea mirari se ait, quomodo Cardinales Pontificem eum fecerint, nec adduci posse, ut existimet, humano consilio id factum, sed divino potius accidisse.*

* Extat inter Italice scriptas.

* In Epistolis Principum a Ruscellio collectis, Venetiis 3. Voll. 4°. quas videre solum contigit.

Andradius in Defensione Concilii Trident. pag. mihi 361. *Quare vir eruditissimus Fr. Andreas Vega, qui Concilio Tridentino sub Paulo 3. maxima cum laude interfuit, multis confirmat, Tridentinos Patres, cum vulgatam authenticam pronunciarunt, nihil aliud significare voluisse, quam nullo eam defoedatam errore existere, ex quo perniciosum aliquod dogma in fide & moribus, colligi posset. Ne vero hanc Concilii mentem fuisse dubitare quis posset, testem ea de re citat gravissimum Cardinalem S. Crucis, Concilii tunc Legatum, omni virtutum genere clarissimum, postea vero Pontificem Opt. Max. & Marcellum 2. appellatum, a quo illud se inquit pridie, quam hoc decretum rogaretur, accepisse, & postea id ipsum confirmantem & obtestantem non semel audivisse.*

Marianus Victorius ad Hieronymi Catalogum, in Hippolyto: *Portuensis Episcopus fuit Hippolytus, eiusque marmorea statua una cum Paschali circulo, sex & decem annorum insculpto, ante nostra inventa fuit, & in Bibliotheca Vaticana a Marcello Cervino Cardinali, qui postea in Pontificem Maximum assumptus est, viro sanctissimo pariter & eruditissimo, & literarum omnium diligentissimo Vindice, reposita.*

Leandro Alberti nella Descrittione dell' Italia pag. 60. edit. 1596. *Hora fa nominare il Monte Pulciano Marcello*

cello Cervino con le sue virtuti e gran prudenza, annoverato fra i Cardinali della Chiesa Romana da Paolo 3. moderno Papa; hora Legato del Concilio Bolognese.

M. Antonius Muretus Var. Lect. Lib. 18. c. 13. *Gulielmus Sirletus merito carissimus erat Marcello Cervino Pontifici Maximo, cuius sanctissimi & eruditissimi viri longiore pontificatu, Deus vitiis nostris offensus, indignos esse nos iudicavit.*

Paulus Sarpius lib. 5. Historiæ Concilii Tridentini: *Fu creato Pontefice a nove d'Aprile, Marcello Cervino Cardinale di Santa Croce, huomo di natura grave e severa, d'animo costante, qual volle dimostrare nella prima attione del Pontificato, con ritener il nome medesimo, e significar al mondo, di non esser fatto un altro per la degnità ricevuta: cosa a punto opposita a quello, che da tanti suoi precessori fu fatto: imperoche, dopo quel tempo, quando si diede principio alla mutatione di nome, per esser assonti al Pontificato Thedeschi, nominati con vocaboli all orecchie Romane insoliti, i sequenti servarono l'uso di mutar il nome, per significar con quello d'hauer mutato gli affetti privati in pensieri publici e divini: dove questo Pontifice per dimostrar d'hauer anco in stato privato havuto pensieri degni del Pontificato, con ritener l'istesso nome, volle mostrar immutabilità.*

De eodem Paulus Manutius in Epistolis Latine scriptis, Ruscellius in Epistolis Principum, & alii.

ANGELVS CANINIVS *Anglarensis.*

CIrca annum 1557. Hispali o) fatis concessit Angelus Caninius, Anglarensis, Vir linguarum Gr. Hebr. Syriacæ & aliarum Orientalium rara & exquisita cognitione insignis; iis perdiscendis diu in Italia, Venetiis, Patavii, Bononiæ, Romæ & alibi vagus, demum Andreæ Dudithii Pannonii (cuius in literis ac aulis Principum illustre nomen) adolescentiæ fuit admotus: Lutetiæ Parisiorum in Collegio

o) Propterea illius mentionem paucis facit *Nicol Antonius* in Biblioth Hispanica Nova Tom. II, p. 357. inter eos scilicet, qui in alieno solo nati apud Hispanos fatis cesserunt. Confer notam proxime sequentem.

Collegio Cameracensi p) docuit, & apud Gulielmum Pratensem, Episcopum Claromontanum, aliquandiu vixit. Hæc tantum de Caninio.

Caninii Scripta.

VErsio Comment. Simplicii in Epicteti Enchiridion Venet. 1546. fol. Institutiones linguarum Syriacæ, Aethiopicæ &c. cum Libro de locis Hebraicis Novi Testamenti, Paris. 1554. 4°. q)

Hellenismus, Paris. 1555. r) & 1578. cum accessionibus Caroli Hanboesii.

In huius Operis Præfatione linguæ Punicæ Grammaticas præceptiones & Lexicon brevi se editurum pollicetur. s)

Testimonia de Caninio & eius scriptis.

FRanciscus Forerius Præfat. in Jesaiam a se scholiis illustratum, Venet. 1563. *Præceptor meus Angelus Caninius Anglariensis, qui ad linguas docendas natus esse videbatur, Hispali mortuus est.*

L Hiero-

p) Collegium hoc *Cameracense* in Dedicat. Hellenismi, *Italorum* vero in calce dedicationis, Institutionibus suis Linguae Syriacae praemissae & anno 1551. scriptae, ipse Caninius appellat. In posteriore hac narrat, se ex Hispaniis cum verbi divini ministro disertissimo & fidelissimo, *Simone Guichardo*, in Galliam venisse, & per aliquot menses in Arvernia commoratum Parisios tandem concessisse. Atque hinc non vane colligas, Caninium non Hispali, sed in *Alvernia*, quod & Thuanus testatur, mortem obiisse.

q) Has memorans *Imbonatus* in Biblioth. Latino Hebr. p. 5. auctorum *Angelum Cassinium* mendose appellat.

r) Paris. 1555. 4. apud Morellium, tum vero *Londini* 1613. & 1614. 8. ex qua denique cum praefatione sua de Claris Angelis recudi curavit *Thomas Crenius* Amstelod. 1700. 8. Accedunt ibi, praeter praefationem & dedicationem in Institutiones Linguae Syriacae, Loci aliquot N. T. cum Hebraeorum originibus collati. Vide illam praefationem p. 75. in laudem vero Grammaticae hujus Graecae lege, quae scripta sunt à *Lancellotto* in Nova methodo linguae Graecae discendae Gallice edita pag. 22. praefationis, *Morhofium* Tom. I. Polyhist. lib. IV. pag. 65. & *Bailletum* Tom. III. Judiciorum n. 701. p. 102.

s) Herum nihil unquam prodiit.

Hieronymus Magius Epist. Præf. ad Fr. Noallium Regis Christ. ad Portam Ottomanicam Oratorem, in Libellum de Equuleo, Hanoviæ 1609. *Episcopi Claromontani liberalitate Angelus Caninius, Civis affinisque meus, aliquando in Gallia auctus est atque exornatus.*

J. le Secq au Lecteur sur l'Histoire de l'Election & Couronnement du Roy des Romains, tirée de l'Italien de Jerôme Canini, à Paris. 1613. *Hierosme Canini est neveu de ce grand Ang. Caninius Anglarensis, qui fut recherché par le grand Roy François pour enrichir de diverses sciences cette Vniversité de Paris; & Forerius luy donne à bon droit le titre de* né pour interpreter les langues. *Nous avons de luy la Grammaire Grecque intitulée* Hellenismi, *le docte Traité* de locis Hebraicis, *le* 2 de Anima *d'Alexandre Aphrodisée, sans le Dictionnaire & la Grammaire de la langue Punique & celuy de la Syriaque, que l'iniure des hommes plustost que celle du temps nous a devoré.*

Scaliger in Primis Scaligeranis, Groningæ 1669. p. 4. *Caninius mortuus est anno ætat. 36. doctissimus linguarum Interpres, cui tamen nihil invideo.*

Tan. Faber ad hunc Scaligeranorum locum: *Is est Ang. Caninius Anglarensis, quem nos, siquid in hoc genere sapimus, omnibus Gr. Grammaticis, quot sunt, quot fuerunt, longe anteponendum esse iudicamus. Nunc illum cum maxime lego, neque me poenitet operæ.*

Thuanus ad A. 1589. *Lutetiæ Andreas Dudithius sub optimo doctore Ang. Caninio Anglarensi, non solum Græca lingua & Hebraica, sed etiam Orientalium peritissimo, studiis operam dedit.*

Le mesme a Scaliger, de Paris 1602. *En escrivant mon Histoire, ie fay volontiers mention des hommes illustres és Lettres par l'année de leur decez: Entre ceux là, i'ay fort desiré n'obmettre Angelus Caninius, pour me sembler digne, que l'on celebre son nom, mais ie ne trouve personne, qui m'en puisse rien apprendre. Premierement son païs m'est incertain; il se disoit* Anglariensis, *ie ne sçay si c'est d'une Bourgade sur le lac de Come ou d'ailleurs; Il estoit encore vivant en* 1553. *& habitoit en*

France

France; Il a couru toute sa vie tantost en Espagne, tantost icy. Si vous en sçavez quelque chose, & de l'anneé qu'il est decedé, je vous supplie de me l'escrire.

Scaliger in Scaligeranis 1667. p. 42. *Caninius, juvenis doctissimus, qui Hellenismum bonum fecit. Il a pris tout le meilleur de Vergam, & de tous, & a mis aussy quelque chose du sien.*

Beza in v. 9. c. 21. Matthæi: *In Festo Tabernaculorum cum vocem* Hosanna *identidem multi ingeminarent, tandem eo ventum est, ut ipsos etiam salicum & cæterum arborum ramos Hosanna vocitarent, sicut Caninius Vir eruditus & diligens observavit ex Rabbinorum libris.*

Casaubonus ad Baronii Annales, p. 269. edit. Gen. 1654. *Quæ Baronius observat super Judæorum Publicanis, partim nescio quis illi suggessit.*

Andr. Dounæus ad Chrysostomum pag. 302. edit. Etonensis: *Τὸν παρακείμενον Stoici vocant τὸν τέλειον ἐνεστῶτα, perfectum præsens, multo quam nos rectius, ut docet Caninius Grammaticorum eruditissimus.*

De eodem Joh. Isaac in Gramm. Hebr. pag. 21. edit. 1570. Nansius ad Nonnum p. 17. 73. & 129. Petitus in Variis Lectionibus p. 22. & alii. t)

MAVRVS
Florentinus.

MAurus Florentinus, prius Monachus è familia Humiliatorum, postea Ordinis Servorum B. Virginis Mariæ, Vir fuit Latine, Græce, Hebraice doctissimus, Cosmographiæ aliarumque scientiarum callentissimus. Varia emisit lingua Hetrusca, uti Annotationes in Sphæram Johannis de Sacrobosco, Sphæram Theologicam & Christianam, Sphæram Platonicam. De arte navigatoria, Epitomen Musices, & alia, quæ, Pocciantio teste in Scriptoribus Florenti-

nis,

t) Praeter *Baelium & Nic. Antonium* locis citatis evolvere erit *Crenium* præfatione ad novam Hellenismi editionem p. 74. sqq. & *Teisserium* in Elogiis Thuaneis Tom. I. & Tom. III p. 82.

nis, asservantur Florentiæ in Bibliotheca Servorum B. Mariæ. Obiit anno 1556. ætatis 63. u)

PETRVS FRANCISCVS IAMBVLARIVS.

EOdem fere tempore Florentiæ mortuus est x) Petrus Fr. Jambularius, homo sacris addictus, Latinis Græcis & Hebraicis literis eruditus, Bibliothecæ Mediceæ præfectus. Qui cum multa ad linguæ Hetruscæ illustrationem scripsisset, novissime Historias Italicas, quæ postea editæ sunt y) exorsus, morte præpeditus, ultra annum salutis 1200. perducere non potuit. De eo sic Henricus Stephanus in Epistola ad Petrum Victorium, Aristotelis, Theophrasti & aliorum Tractatibus præfixa, 1557. *Ego, cum Florentiæ agens, in Medicea Bibliotheca Theophrasti Opusculi* περὶ αἰσθήσεως *exemplar haberi intellexissem, sæpe vestrum Fr. Jambularium, ei præfectum, ut mihi illius inspiciendi gratia ad eam pateret aditus, rogavi. Quod ipse, ut opinor, mihi (fecerat enim antea videndorum in ea nescio quot librorum copiam) si per adversam valetudinem licuisset, denegaturus non erat. Quæ etiam multo*

u) Obiit nullo morbo tentatus, an. 1556. 27. Septembr. sexagenario major, quod testatur *Julius Negri* in Historia scriptorum Florentinorum pag. 409. Ex illis, quae Colomesius ut MSS. memorat ex Pocciantio, Sphæra *Joh. de Sacrobosco* italice conversa, & notis illustrata lucem vidit Venet. 1537. & Florentiae 1550. Alia partim edita, partim ἀνέκδοτα, partim deperdita laudat Negrius l. c. qui & videri jubet *Archangelum Gianum* Parte II. Centur. II. Annalium Servorum B. Mariae, *Anton. Possevinum*, Tom. II. Apparatus sacri, & *Raph. Badium* in Catalogo Theologorum Florentinae Vniversitatis.

x) Anno 1564. teste *Thuano*. Vide *Teisserii* Elogia Thuanea Tom. I. pag. 242. & *Julium Negri* in Historia Scriptorum Florentinorum p. 452.

y) Editae sunt Venetiis 1566. cura *Cosmi Bartoli*, qui & orationem suam, illius memoriae dicatam, subjunxit. Scripta nostri, quorum pleraque carmine continentur, aut ad ornandam Linguam Italicam pertinent, recenset diligenter idem Negri l. c. Adde *Ghilini* Theatrum Volumine II. pag. 218. *Michaelis Pocciantii* Catalogum Scriptorum Florentinorum, *Crescimbenium* in Historia Poëseos vernaculae lib. IV. & V. itemque Notitias Literarias & Historicas Academiae Florentinae Parte I.

multo diuturnior, quam ille putarat, & sane periculosior fuit. Nam eo ipso morbo, ut ex amicorum literis accepi, aliquot post mensibus interiit. Vir longiori vita, & doctrina & vita integra ergo (si tamen ita cælo visum fuisset) dignissimus. Hæc Typographorum στέφανος.

JVLIVS CÆSAR SCALIGER
In Castro Ripa ad caput Lacus Benaci natus.

JUlio Cæsare Scaligero superiorem antiquitas vix habuit, parem certe ætas nostra non vidit. Nam, ut generis nobilitatem taceam, ingenio, animi & corporis robore simul omnes æquales suos facile superavit. Prima adolescentia militaribus muniis obeundis maxima cum fortitudinis ac sollertiæ laude decursa, sero ad studia sese applicuit. In iis tamen ingenii felicitate tantum profecit, ut ad accuratissimam omnium Philosophiæ partium scientiam, etiam linguarum Græcæ, Latinæ, Gallicæ, Hebraicæ, Arabicæ, Sclavonicæ, Germanicæ, Hispanicæ summam peritiam addiderit, atque in plerisque earum usum. Ex Andieta Rupia Lobeiaca, nobili foemina, cui annos sexdecim natæ homo annorum quadraginta quinque nupserat, liberos quindecim Vir divinus sustulit; quorum princeps, non ætate, sed merito, Josephus Justus, plura de Patre docebit, tum in Epistola de vetustate & splendore gentis Scaligeræ, z) tum in Confutatione Fabulæ Burdonum, tum denique in primis & secundis Scaligeranis novissime editis. Ideam sui exprimet Julius ipse, in Epistola ad Augerium Ferrerium, cuius initium, *Quod tuis.* Obiit

Ex Thuano & aliis.

z) Epistola haec recusa nuperrime est in Thesauro Antiquitatum & Historiarum Italiae Tomo IX. Part. VII. juncta scilicet *Torelli Saraynae* libris tribus Historiarum & gestorum Veronensium, temporibus populi & Dominorum Scaligerorum, qui ex Italicis nunc primum Latine conversi ibidem leguntur, & Scaligerae gentis merita persequuntur.

virorum maximus Aginni Nitiobrigum 12. Kal. Novembr. anni 1558. ætat. 75. a) in Augustinianorum æde sepultus.

EPITAPHIVM.

Hospes & Manes.

H. *Scaligeri cineres cur non cupressus opacat?*
Cur sacra non Parius contegit ossa lapis?

M. *Cupressum & lapidem non optet; cui satis unquam*
Non fuerit lauris, non Helicone tegi.

NICOLAVS GEORGIVS PAVILLIO.

Scaligeri Scripta.

Oratio in Ciceronianum Erasmi, Lutetiæ apud Vidouæum A. 1531. primum edita, dein a Iesuitis Coloniensibus A. 1600. tandem Tolosæ A. 1621. cum eiusdem Epistolis aliquot, a Phil. Jacobo Maussaco.

Oratio altera, aduersus Erasmi Epistolam, qua negabat, Scaligerum prioris Orationis authorem, Parisiis ac Tolosæ excusa.

Hippocrates de Insomniis cum Commentariis, Lugduni 1539. & Amstel. 1658. 12.

De Causis linguæ Latinæ Libri XIII. Lugduni 1540. 4°.

Commentarii in Theophrasti Libros de causis Plantarum, & in Libros duos de Plantis Aristoteli falso tributos, Geneuæ apud Crispinum 1566. fol.

Poëtices Libri septem Geneuæ 1561. fol.

Aristotelis Historiæ de Animalibus, cum Commentariis, Tolosæ A. 1619. a Maussaco cum Animaduersionibus editæ. fol.

Poëmata, Heydelbergæ apud Commelinum. 8°.

Exoteri-

a) Vide epistolam Josephi Scaligeri modo laudatam pag. 47. & in Thesauro Italico p. 122. ubi inter cetera testatum invenies, Scaligerum nostrum monimento suo nihil quicquam inscribi voluisse praeter haec verba: *Julii Caesaris Scaligeri quod fuit.*

Exotericarum Exercitationum Liber quintus decimus, de Subtilitate, ad Hieronymum Cardanum, Lutetiæ apud Vaſcoſanum, 1557. 4°.
Liber decimus Hiſt. Ariſtotelis, cum verſione & notis; a Stephano Syluio filio Lugduni editus, A. 1584. 8°.
Epiſtolæ & Orationes Lugd. Bat. 1600. 8°. aliæ ab iis quas Toloſæ vulgauit doctiſſimus Mauſſacus.
Liber de Comicis dimenſionibus, Lugduni 1539.

Scaligeri Scripta partim deperdita, partim Aginni, Toloſæ & alibi latentia.

Commentarii in Librum Ariſtotelis περὶ πνεύματος.
Libri de Cauſis quatuor.
Libri de Cauſis rerum naturalium quinquaginta.
De Plantis Libri 20.
Libri Originum CXX, quorum editionem propter molem deſperavit.
De Inſcriptione Liber unus.
De Semine genitali Libri ſeptem, quos periiſſe teſtatur Mauſſacus Prolegom. in Hiſt. de Animalibus.
Exotericarum Exercitationum Libri quatuordecim.
Familiarium Exercitationum Libri quinque. aa)
Nobilium Exercitationum Tomi tres, quos habuiſſe videtur Robertus Conſtantinus.
Oratio in perſona M. Tullii, antequam iret in exilium.
Epiſtolæ variæ adverſus Eraſmum; quarum exemplaria an a Jona Joſephi filii amanuenſi (ut ipſe ante obitum iuſſerat) fuerint combuſta, melius dicent Leydenſes.
Commentarius de Eraſmi Chiliadibus.
Liber de Ritibus Turcarum.
Commentarii in Ciceronis Libris de officiis, ad Majoragium Grifolum & Calcagninum. Hos ſe editurum minabatur Mauſſacus, Sarravio teſte in Epiſtolis p. 56.
De

aa) In his *Problemata Gelliana* locum habuerunt, quae, manu Friderici Lindenbrogii deſcripta, & tribus plagulis comprehenſa, exſtant inter MSS. Bibliothecae apud nos Johanneæ Faſciculo XXXV. b. in 4.

De re equestri Libri tres, a Cantabrico amanuensi furto sublati.
De exemplis eloquentiæ Libri tres, in quibus authores Latini cum Græcis collati, a Pædagogo Petrocorio furto itidem surrepti.
Græcæ Odæ inscriptæ στεφανίσκοι.
Elysius sive Eridanus. Carmen.
Les cent Dixains de l'homme vertueux.
Græca Declamatiuncula, cuius fragmentum adducit Exercit. 79. contra Cardanum, Sect. 2.
Commentarius de Vento.
Oratio tertia in Erasmum.

Variorum Testimonia de Scaligero & eius scriptis.

JOh. Odonus & Philenus Lunardus Gilberto Cognato, Argentorati 4. Kal. Nov. 1535. *Mox nobis exeuntibus, obtulit N. Caruajali & Scaligeri virulentias, quas nunquam in Italia videramus.* Sub finem Epistolæ hæc legere est: *Torquentur isti misere, non fuisse responsum Scaligeri naniis, qui iampridem innotuisset, illi si Erasmus respondisset. At eius ne nomen quidem audivimus ante, neque postea librum usquam iuvenimus, præterquam in huius blateronis casula.*

Cl. Minos in Emblemata Alciati pag. 723. edit. 1602. *Incidit in manus meas Jul. Scaligeri, acuti Philosophi, Oratio in Erasmum, qua eum acute transfixit, ut hominem, qui Ciceronis luminibus voluerit obstruere, quo sua unius scripta legerentur.*

Arnoldus Ferronus in Ludovico XII. de clade Ravennate: *Multi cæsi ex hostibus, in quibus Benedictus Scaliger, Titus Benedicti filius: Julius Scaliger minor natu pro cæso relictus.*

Lilius Gyraldus Dialogo 2. Poëtarum sui temporis: *Julius Scaliger apprime eruditus, non solum soluta oratione, in qua nonnulla leguntur, sed & versu quædam cecinit, inter quæ* Elysius, (*Poëmatis hac inscriptio est*) *in quo insulam Padi Belvedere Ferrariæ Ducis eleganti carmine descripsit, & omnem fere*

Estensium

Estensium genealogiam. Nuper eius libellum de numeris Comicis legi, mira subtilitate concinnatum, adeo ut interdum, nisi bene in numeris versatus Lector, se non possit explicare. Scripsit & alia multa.

Cælius Secundus Curio in Epistola ad Paulum Schalikium: *Julius Cesar Scaliger, de quo tuo nomine mecum egit Oswaldus, fuit corpore procero, mea omnino statura, recto, ad dignitatem composito, colore subfusco, oculis micantibus; intessus, omnisque gestus gravis, sed sine fastu: Vestitus elegans. Ita aspectu ipso Principem Virum iudicares. Sermo ceteris respondens, rarus, in quo gravitas cum humanitate & lepore certaret. Sed bene Latine ab omnibus loqui existimabatur.*

Florens Christianus ad Aristophanis Vespas pag. 521. edit. Gen. *Celius Rhodiginus, Vir suo seculo incomparabilis, plura congessit quam digessit, neque semper iudicii acrimoniam eam adhibet, qua Princeps discipulus illi Scaliger omnibus merito admirabilem se ostendit & longe χείρ]ονα διδασκάλων.*

Idem ad Aristophanis Pacem pag. 11. edit. suæ: *Sane maximi illius herois Jul. Cas. Scaligeri ingenium vetustatem aequat, posteritatem & novitatem omnem superat; sed, quod miserum est, pauci sunt adhuc, qui eius scripta aut legant aut intelligant. Eum ego quotidie miror & miror magis, imo erit ille mihi semper Deus. Quidni enim hoc autumem de clarissimo viro, cum Philosophus ille σκο]εινὸς de humili & obscuro loco dixerit: Etiam hic sunt Dii.* Laudat etiam pag. 3. 4. 28. 37. 44. & 80.

Justus Lipsius in Dialogo de recta linguæ Latinæ pronuntiatione: *Quis Vir, Deus bone, Julius Cesar Scaliger! ne vir sim ego, si acutius aut capacius ingenium inter homines fuit ab illo ipso Juliano avo.*

Idem Jano Lernutio 15. Kal. Jun. 1581. *Inter nostros Poëtas Lotichium amo: Janum Pannonium aestimo: Scaligerum patrem admiror; qui si felix illud ingenium & inventionum invidendum acumen cura temperasset & lima, coronari contra omnes poëtas posset ab illo ipso avo prisco. Hac, nisi fallor, deficitur: nec in edendis quidem eius adhibitum, quod debuit, discrimen.*

Idem Jano Dousæ filio : *Scaligerum patrem, quem sæpe tibi laudo, ipsum hic vide. Quis depinxit? quo nemo melius aut verius potuit, se ipse. Quando? cum fallere ei minime libitum, paucis diebus ante summum diem. Heu! quis ille vir! pene ausim dicere,*

— σοφίην μὲν ἀλίγκιος ἀθανάτοισι.

Tres sunt, quos admirari unice soleo, & qui in hominibus excessisse mihi humanum fastigium videntur, Homerus, Hippocrates, Aristoteles: sed addo hunc quartum, qui natus in miraculum & gloriam nostri aevi. Scripta docent, (etsi bona, imo optima, eorum pars periit) tum hæc Epistola; * *quam tu, mi Dousa quantum potest, lege, describe, remitte. Nam Pici non ita aurum suum custodiunt, ut ego hunc thesaurum.*

* Epistolam intellige ad Ferrerium, de qua in Elogio Scaligeri diximus.

Flor. Raymond dans son Antichrist p. 319. 1607. *Ce renommé Nostradamus quitta la Ville d'Agen pour ne pouvoir soufrir les rayons esclatans de ce Soleil de science & sçavoir Jules de l'Escale.*

Is. Casaubonus Jac. Aug. Thuano, Monpel. 6. Janu. 1598. *Scripsimus, ex quo in gratiam cum Musis nostris rediimus, ea in Theophrasti libros de causis plantarum, quæ tibi posse probari non diffidimus. Nunquam putaveramus, divinum Virum Cæsarem Scaligerum, quem qui non mirantur Marrucini sunt, tantum spicilegium nobis reliquisse.*

Vopiscus Fortunatus Plempius Præfat. in Avisenam, Lovanii 1658. *Laurentius Gryllus in Oratione sua, de peregrinatione studii Medicinalis ergo conscripta, testatur, a Jul. Cæs. Scaligero Avisenæ Libros præcipuos ex Pœnorum lingua in purum ac tersum Latinum sermonem conversos. Quod equidem vix ei accredo, cum nusquam in Libris a se editis* * *significat se linguam callere Arabicam, cuius adprime peritus erat Josephus filius.*

* Falleris Plempi.

Barthius ad Claudianum pag. 466. edit. 1612. *Illustrissimus Julius Scaliger, Lex metrorum, Genius carminum, Antiquitatis anima, Philosophicus Phœnix, καὶ πάντα τοῖς πᾶσι.*

Ant. du Verdier p. 774. de sa Bibliotheque: *Jules Cæsar Scaliger a escrit en rime Francoise un Livre intitulé,* Les centdixains de l'homme vertueux, *que ce miracle de nature Joseph*

Joseph Scaliger son fils, homme d'incomparable doctrine, m'a monstré escrits de la main de l'autheur, & dont le premier Vers du premier dixain commence ainsy,

Païs fertil & terre plantureuse.

Cardanus de Libris propriis, Basil. 1562. *His diebus quidam * conscripserat adversus nostrum de subtilitate librum Opus ingens. Adversus quem ego Apologiam scripsi, quæ edita est cum Libro de subtilitate, in tertia editione. Ea utilissima est ad Libros de subtilitate intelligendos.*

* Julius Scaliger.

Joh. Seldenus in Mari clauso pag. 218. edit. 1636. *In Hibernia animal nullum venenosum. Falsum, si de Britannia. Cæterum id etiam ipsum de Britannia nostra creditum est, idque in splendidiori superioris ævi literarum luce. Vt scimus non solum ex Hieronymi Cardani libris de Subtilitate (in quibus negatur, Britanniam eiusmodi aliquod animal admittere) verum etiam ex Julii Scaligeri in eum Exercitationibus, qui hoc itidem admittit, & ad causas, quare Britannia careat venenatis, frustra transit. Quod mirum sane est, cum in illum hic tam acriter scripserit, & utrique viri sane præstantissimi, naturæque callentissimi, aliquandiu in Britannia egerint.* *

* Julium Scaligerum in Britannia egisse, liquido constat ex eius Exercitatione 99. contra Cardanum.

Gabriel Naudæus in Judicio de Cardano, eius Libro de Vita propria præfixo, Paris 1643. *Cardani dotes melius intelligere poterit, qui eum cum Julio Cæsare Scaligero divini propemodum ingenii æmulo suo, componere aggredietur: nam licet hic, maiori cum ornatu & splendore in scenam prodierit, mentemque heroicis plane cogitationibus foetam, & rerum altissimarum capacem habuerit; attamen intra literarum humaniorum & Philosophiæ Medicinæque cancellos se continuit, libertatemque Cardano reliquit, quem in omnibus aliis disciplinis locum magis ambiret, occupandi. Nec propterea, si nobiles illæ exercitationes manibus quotidie teruntur, quicquam tamen dedecoris Cardano ab illis inuritur, quod ab æquis iudicibus abstergi vel minimo negotio non possit. Nam primum quis ferat Scaligerum, exercitationes suas, triennio*

post secundam librorum de subtilitate editionem, invulgasse; nec tamen illam videre voluisse, nec mendis illis pepercisse, quæ postrema hac diligentia sublatæ a Cardano fuerant: ne videlicet laboris sui, quantumvis frustra impensi, fructum amitteret: Præterea quis nescit Cardanum, actione prima in calumniatorem librorum de subtilitate, sic omnes illius aculeos retudisse, obiectiones diluisse, accusationes infregisse, ut earum ratio haberi non debeat, quæ superesse forsan ex tanto numero possent: nam homo fuit Cardanus, & humani a se nihil alienum putavit: nec adeo mirum est illum errasse, quin multo magis admiratione dignum sit, tam raro & in tam paucis, ac minimis cespitasse. Imo vero ausim ego pignore deposito contendere, multo plures næuos esse, quos Scaliger exercitationibus suis immistos reliquit, quam eos, quibus adversus Cardanum tam procaciter exagitandis totos novem annos insudavit; idque non tam eruendæ veritatis studio, quam ut effræni desiderio suo satisfaceret, cum illis omnibus congrediendi, quos suo tempore literarum eruditionisque principes haberi cognoverat. Sic enim in Commentariis ad Aristotelem de animalibus, Theodorum Gazam, hominem innocentissimum, & multis vocibus sagaciter effictis ut Græcas Latinis redderet, de literatis omnibus bene meritum, quo iure quave potest iniuria, sugillat: Sic Erasmum cum alio titulo lacessere non posset, fingit, se a pueris Academiæ Parisiensis, eorumque moderatoribus exoratum, ut istud in se certaminis reciperet; qui pueri, tantum abest, ut auctores illi eius rei fuerint, quod primam Orationem quam habuit in Erasmum, luto, & quod peius adhuc olet, foedatam, pedibus conculcarint: Sic denique Fergelium, non aperto Marte, sed occultis quibusdam dicteriis, & dissimulato eius nomine, provocavit, ne ex Quadrum Viris illis, quos obstruere suis luminibus censebat, quemquam intactum relinqueret; Vir alioqui dignus, quem ætas nostra,

nostra, licet nullos alios quam septem Poëtices libros edidisset, maximis & tantum non divinis honoribus cumulatum posteritati transmittat.

Du Perron dans un Ouvrage intitulé *Perroniana* pag. 276. & suiu. *Jules Scaliger estoit un grand personnage; dont ie m'estonne, luy qui a estudie si tard & porté les armes. Il escriuoit merueilleusement bien: Quoy qu'il die, qu'il aye fait en deüx mois son Livre contre Cardan, ie crois neantmoins, qu'il le fit en mesme temps qu'il estudioit en Philosophie. Il auoit plus d'esprit que d'estude; tout le contraire de son fils, qui avoit plus d'estude & de travail, que d'esprit. Il avoit fait ses estudes en Italie. J'ay veu une impression de Scotus d'Italie, où au devant il y a des vers de Jules Scaliger.*

Marcus Fredericus Wendelinus in Contemplationibus Physicis p. 14. & seq. edit. Cantabrigiensis: *Inter eos, qui vigiliis suis rerum naturalium scientiam illustrarunt, principem locum sibi vendicare videtur vir Princeps Julius Cæsar Scaliger, Magister ille subtilitatum, & naturæ indagator solertissimus. Quis enim hoc viro sublimius de rebus naturalibus disserit, ubi ex professo disserit! Maxima in eo fuit experientia, &, quod mireris, in castris, inter lituos fere nata. Immensa lectio, ut non minus quam Aristoteles,* Anagnostes *&* χαλκέντερος *recte appellari possit. Quicquid Græci, quicquid Arabes, quicquid Latini de natura prodiderunt, id totum exhausit Scaliger, ut in Exercit.* 16. *de seipso testatur; Ingenium acerrimum & subtilissimum, quod nulla fugit subtilitas. Adeo ut in Præfatione scribat Crato:* Vere sic statuere, quicunque recte iudicant, & magnarum rerum usu præditi sunt, nihil ingenio Scaligeri patris nostro sæculo præstantius exstitisse; neminem ad summam doctrinæ excellentiam propius accessisse. *Desiderium tanti viri in hac quidem palæstra Physica, ut tanto æquioribus feramus animis, exotericarum de subtilitate Exercitationum liber* 15. *& Commentarii in Theophrastum faciunt. Quæ vero illa temporum iniquitas, quæ nobiles Exercitationes eiusdem viri nobis abstulit, quarum in Exotericis frequens mentio! Aut quis Cerberus ille, qui aureum hunc ramum, si in rerum adhuc est natura & hominum potestate, nobis invidet? Laxate tandem claustra, & effrin-*

gite repagula, quibus thesaurus hic captivus, in hanc usque horum detinetur.

De eodem Beza & Sammarthanus in Elogiis, Lipſius Ep. 19. Cent. ad Germanos & Gallos, Colerus in Differt. de Studio Politico, Barthius ad Claudianum edit. 1612. ſæpe, Doletus in Orationibus & Epiſtolis, Florens Chriſtianus ad Ariſtoph. Lyſiſtratam, Balzac dans ſes Entretiens & dans ſon Socrate, Iſ. Pontanus ad Macrobium Theodoſium pag. 688. edit. 1597. Thuanus in Vita ſua & alibi, Seberus ad Pollucem pag. 62. Caſaubonus in Epiſtolis non ſemel, Heinſius ad Horatium pag. 99. edit. 1612. Voſſius in Opere de Idololatria pag. 1321. Roſinus Epiſt. Præfat. in lib. 2. Antiquit. Romanarum, Joh. Vulteius in Epigramm. pag. 163. Muretus & Buchananus in Poëmat. Gilbertus in Libro de Magnete pag. 5. & 47. Dumbarus in Epigramm. Coſtæus in Diſquiſit. Phyſiol. pag. 208. Lipſius ad Velleium pag. 10. edit. 8°. Salmaſius ad Solinum pag. 590. 872. & 1154. Beza in Hiſt. Eccleſ. Tom. 1. pag. 24. Bencius in funebri Laudatione M. Ant. Mureti, Baudius Orat. habita in funere Joſ. Scaligeri, Meziriacus ad Ovidii Epiſtolas pag. 368. Gatakerus in Diſſertatione de N. T. Stylo & in Cinno non ſemel, Joſephus Scaliger Auſon. Lect. lib. 1. c. 3. & alibi, Stuckius ad Periplum Ponti Euxini pag. 13. Guido Patinus in Tract. Gallico de conſervanda valetudine pag. 51. edit. 1632. Caſaubonus ad Athen. lib. 10. c. 19. & alii plures. b)

PAV-

b) Addendi his ſunt præter *Scaligerum* ipſum in limine libri de cauſis linguae Latinae & *Joſephum* Filium in epiſtolis paſſim, v. c. lib. I. epiſt. 1. lib. II. ep. 146. & 273. *Wilhelmus Bateſius* in Collectione Vitarum p. 404. ſqq. *Jo. Pet. Lotichius* in Biblioth. Poëtica Parte III. *Anton. Teiſſerius* in Elogiis Thuaneis Tom. I. p. 138 - 145. & Tom. III. pag. 89. *Thom. Pope Blount* in Cenſura celebrium Auctorum p. 423. ſqq. *Adrian Bailletus* in Judiciis Eruditorum Tom. II. Part. II. n. 362. Tom. IV. Part. I. n. 1055. *Dan. Wilhelm. Morhofius* in Polyhiſt. Literar. lib. I. cap. XI. *Nic. Comnenus Papodopoli* in Hiſtoria Gymnaſii Patavini Tom. II. p. 208. 210. & Venerab. *Jo. Fabricius* in Bibliotheca Fabriciana Vol. VI. p. 277. quique ab eodem citantur.

PAVLVS IV.

Papa.

PAulus quartus, Joh. Petrus Carafa prius vocatus, ab ineunte ætate totum se literis dedit, trium linguarum cognitione & Theologiæ scientia apprime instructus. Itaque cum Romæ in contubernio Olivarii Carafæ, Cardinalis, agnati sui, aliquanto tempore fuisset, a Julio 2. Theatæ in Marrucinis Episcopus creatus fuit; unde Patres Theatini postea vocati sunt. Post varias legationes Neapoli, in Anglia & Hispania obitas, Brundisino Episcopatu a Carolo 5. donatus, non solum eum respuit, sed & iam adeptum dimisit, & in montem Pincium concessit, ibique vitam a rerum humanarum cura prorsus alienam per aliquot annos egit. Demum a Paulo 3. Romam accitus, anno 1536. in Cardinalium collegium cooptatus est. Tandem Pontifex renunciatus, in memoriam optime de se meriti Pontificis, Paulus quartus dici voluit. Decessit senio effetus, 15. Kal. Sept. anni 1556. c) ægritudine, ex Henrici 2. Galliæ Regis morte contracta. Plura Onuphrius, Massonus, & alii, in Paparum Vitis. d)

Testimonia de Paulo IV.

PAulus Manutius Epist. Præfat. ad Alfonsum Carafam, in Ciceronis Epistolas ad Q. Fratrem: *Vnus est Paulus 4. Pontifex omnium optimus, idemque divina potius quam humana sapientia praditus; unus, inquam, aut nemo unqvam, & Latinam linguam, & laudabilia quaque studia veterem in dignitatem vindicabit. Qui cum frater fuerit avi tui, cumque illum una virtus ad eum gradum extulerit, unde humana omnia despicit, supra*

c) *Vixit annos LXXXIII. mensem 1. dies XX. Obiit MDLIX. XV. Kal. Septembr. Pont. Anno V.* Ita habet monumentum ipsi in æde S. Mariae ad Minervam positum, & à *Franc. Sweertio* in Selectis Christiani orbis, hinc autem à *Toppio* in Bibliotheca Neapolitana p. 237. repetitum.

d) Ex pluribus aliis lecturo satis facient praeter *Toppium*, *Joh. Baptista Castaldus* in vita Pauli IV. & *Jos. Silos* in Historia Clericorum Regularium Part. III. fol. 518. aliique à Toppio diligenter laudati.

pra casus omnes, supra fortunam ipsam collocatus: hunc te decet imitari, huius vitam, perpetuo sanctissime traductam, huius omnia facta, consilia, instituta tibi ante oculos ponere. Vides pietatem erga Deum, & in Authoritate Pontificia, id est in ipsa religione tuenda firmitudinem animi atque constantiam. Vides multiplicem rerum humanarum divinarumque scientiam; trium uero linguarum Hebraica, Graca, Latina cognitionem pene singularem.

De eodem Joh. Widmanstadius Epist. Præf. in N. T. Syriacum Viennæ excusum, Paulus Manutius in Epistola ad Antonium Triultium Card. Sixtus Senensis in Biblioth. p. 194. edit. Venetæ, Paulus Sarpius in Historia Concilii Tridentini, & alii.

PETRVS MARTYR
Florentinus.

Tiguri prid. Id. Novembr. anni 1562. in vivis esse desiit Petrus Martyr Vermilius, Theologus ingenio ac eruditione præstans, vir trium linguarum peritissimus; relicta unica filia, quæ ad extremam inopiam ac prope mendicitatem ob flagitiosam mariti vitam redacta, Senatus Tigurini, memoriæ patris eam gratiam rependentis, benignitate subleuata est. Martyris parentes, studia & peregrinationes eleganti Oratione complexus est Josias Simlerus, c) ad quam pro instituti nostri ratione Lectorem remittimus.

Variorum Testimonia de Martyre & eius scriptis.

Bucerus Calvino Argentor. 28. Octobr. 1542. *Advenit ex Italia vir quidam, Grace Hebraice & Latine admodum doctus, & in Scripturis feliciter versatus, annos natus 44. gravis moribus, & iudicio acri; Petro Martyri nomen est. Præfuit Canonicis Regularibus Luca.*

Andre

c) Exstat illa in *Melchioris Adami* Vitis Theologorum exterorum pag. 13.-32. editionis Francofurtens. ad Moenum 1705. in fol.

Andre Thevet p. 720. du 2. Tome de sa Cosmographie: *De mon temps vous aviez aussy un Pierre Martyr Florentin, lequel, s'il n'eust embrassé l'opinion Zuinglienne & Lutherienne, il eust esté au rang des plus doctes de nostre temps.*

Fr. Balduinus ad Lib. 4. Optati: *Memini, Petrum Martyrem familiariter aliquando mihi dixisse, quod postea scripsit in primum librum Regum, sese, cum quendam Cypriani locum diligenter expenderet, singulariter deprehendisse atque observasse originem minime vulgo notam exorcismi cum Baptismo coniungendi.*

Antonius Fayus in Vita Bezæ p. 34. 1606. *Retulit eo die Espencao ipsi testimonium Petrus Martyr, quod Theologorum nostræ ætatis tam perspicue tamque distincte de Coena Domini tractasset nemo, quam ille.*

De eodem Tremellius Epist. Præfat. in Oseam, Faber Sanjorianus libro 3. Semestrium p. 40. Gesnerus in Bibliotheca p. 551. Danæus Epist. Præfat. in Ethicam Christianam & alii plures. f)

LÆLIVS SOCINVS

Senensis.

LÆlius Socinus, Mariani JCti filius, vir Hebraice doctus, natus est anno 1525. Is ab anno 1547. ætatis 22. peregrinatus in Gallia, Anglia, Hollandia, Germania, & Polonia; anno 1551. iuvenis annorum 26. Tiguri consedit: Vbi utens hospitio Pellicani, qua coram, qua per Epistolas, amicitiam coluit cum Melanchthone, Brentio, Musculo, Bullingero, Zanchio, Martyre, nec non Calvi-

N no,

f) Consulendi inter ceteros fuerint *T[illegible]rius* in Elogiis Thuaneis Tom. I. pag 105.-108 & Tom. III. pag. [illegible]148. *Thomas Pope Blount* in Censura celebriorum scriptorum pag. 453. *Hottingerus* in Bibliotheca Tigurina p. 149. *Jo. Mollerus* in Homonymoscopia pag. 699. *Georgius Serpilius*, Theologus quondam Ratisbonensis celebratissimus, in Vitiis Scriptorum Biblicorum Part. III. pag. 82. *Thom. Fullerus* in Abele Redivivo pag. 105. sqq. *Jac. Verheiden* in Elogiis Theolog. p. 166. & *Verderius* in Biblioth. Gallica p. 1024.

no, inter cuius Epiſtolas una extat ad ipſum ſcripta. In peregrinatione iſta perhibetur Franciſco Lismanino Corcyrenſi, Minoritarum Provinciali in Polonia, perſuaſiſſe ſeceſſionem a Papatu, & effeciſſe, ut cucullam exuerit circa annum 1551. Obiit Socinus Tiguri 16. Maii anni 1562. ætatis 37. Plura Cloppenburchius in Diſſertatione de Origine & Progeſſu Socinianiſmi, & Hoornbeeckius in Summa Controverſiarum Religionis p. 503. & ſeq. editionis ultimæ. g)

Variorum Teſtimonia de Socino & eius ſcriptis.

Hieronymus Zanchius Præfat. in Librum de tribus Elohim: *Quum refutarem Lælii Socini impiam interpretationem in primum caput Evangelii ſecundum Johannem: idcirco ſubticui eius nomen & nebulonem tantum vocavi: propterea quod neque certò ſciebam, hunc fuiſſe illius Commentarioli authorem, neque tum legeram eius nomen in libris adverſariorum expreſſum. Nunc quia res eſt nimis manifeſta: & illum Servetiani in numerum ſuorum Sanctorum retulerunt: ego quoque id tibi, Lector, notum facio. Fuit is Lælius, nobili honeſtaque familia natus: bene Græce & Hebraice doctus, vitaque etiam externæ inculpata: quarum rerum cauſa mihi quoque interceſſerat cum illo non vulgaris amicitia; Sed homo fuit plenus variarum hæreſium, quas tamen mihi nunquam proponebat niſi diſputandi cauſa, & ſemper interrogans, quaſi cuperet doceri, &c.*

Theodorus Beza Epiſtola 81. *Favit quoque (Serveti blaſphemiis) Lælius Socinus Senenſis, incredibiliter ad contradicendum & varios nectendos nodos comparatus: nec niſi poſt mortem cognitus, huiusmodi perículoſiſſimis hæreſibus laborare.*

Joachi-

g) Legantur præter hos *Samuel Przipcovius* in Vita Fauſti Socini, quæ in Operibus Przipcovii exſtat fol. 415. *Chriſtoph. Sandius* in Bibliotheca Anti-Trinitariorum p. 18. ſqq *Hottingerus* in Hiſtoria Eccleſiaſt. Tom. IX. pag. 417. ſqq. & *Chetney* in Anti-Sociniani ſmo Anglice edito pag. 157.-164. De ſcriptis ejus, ſub ficto nomine editis, exponit Cl. *Hemmannus* de Anonymis & Pſeudonymis p. 144.

Joachimus Camerarius in Melanchthonis vita p. 332. edit. Hagiensis: *Ex Italia adveniens Lalius, Mariani Socini celeberrimi JCti F. se, & patriam, & florentem opibus & dignitate domum, & spem amplissima fortuna solius Philippi Melanchthonis videndi gratia reliquisse pra se ferebat. Animadvertebatur hunc venisse ardore ac studio cognoscendi iis de rebus, qua tunc disceptabantur, certi firmique aliquid. Eumque nunciabatur postea adhuc iuvenem ingenio summo & doctrina praclara excellentem mortem obiisse in Helvetiis.*

De eodem Melanchthon in Epistolis Lugd. Bat. vulgatis, p. 2. 3. 4. & 5.

SEBASTIANVS CASTALIO h)
Allobrox.

QUi ex asperis & salebrosis Allobrogum montibus humili ortus fortuna, sed ingenio bonis literis excultissimo, cum Musas in omni disciplinarum genere Latine loquentes videret, tentare voluit, num & Sacræ literæ, negligentiore hactenus & horridiore quodam stylo contentæ, his quoque munditiis exornari possent & expoliri. Hoc itaque animo novam Bibliorum translationem exorsus, omnes utriusque foederis libros, raro & admirabili nec ulli dum in his literis usitato puritatis & elegantiæ nitore expressos, intra decennium adornavit & publicavit. Magnam proculdubio ab eruditis omnibus & piis gratiam initurus, nisi sacrosanctam rerum divinarum maiestatem visus esset aliquot in locis præ nimio Latinitatis & facundiæ studio violasse. i) Violavit certe multo imprudentius, ne dicam ineptius,

Ex Sammerthano & aliis.

h) Ita potius, quam nativo *Castellionis* nomine, appellari se voluisse ipse testatur in defensione adversus Calvinum p. 21. Error primum adolescentis cujusdam, qui *Castalionem* dixerat, deinde vero non ingrata ad fontem Musarum Castalium allusio mutationi huic occasionem fecit. Confer B. *Joh. Mollerum* in Homonymoscopia pag. 796. & inprimis *Baelium* loco mox citando. Idem tamen postea vanitatem hanc aversatus est, quemadmodum & in titulo versionis Bibliorum Gallicæ nomen *Sebastiani Chateillon* comparet.

i) Diversa eruditorum de interpretatione ista Latina judicia collegit Ch

ineptus, dum eandem Gallice k) operam præstare cupiens Vir in Hebræorum, Græcorum, Latinorum assidua lectione volutatus, ac loquendi formulis, ridendum se omnibus in re tam seria præbuit atque contemnendum. Deberi tamen videtur hoc eius egregiæ voluntati, summoque labori & veterum linguarum singulari peritiæ, ut inter doctissimos ætatis nostræ viros vel cum primis enumeretur. Homo cæteroqui simplex & ab omni fastu alienus, qui suburbanum prædium sua ipse manu quotidie foderet, susceptamque iuventutis erudiendæ curam alterno telluris colendæ labore adæquaret. l) Excessit Basileæ Rauracorum ex febre, anno 1563. ætatis 48. Scripta leguntur apud Simlerum, & alios.



TVMVLVS.

Iovæ Opt. Max. S.

Seb. Castalioni Allobrogi Græcarum lit. in Acad. Bas. Professori celeb. ob multifariam eruditionem & vitæ innocentiam doctis piisque viris percharo: Præceptori opt. ac fideliss. Stanislaus Starzechowski, Joannes Ostrorog, & Georgius Niemsta, Poloni: Vt & pop. suorum qui eum audierant, Voto, & privatæ pietati satisfacerent, ad publici luctus solatium

H. M. B. M. P.

Obdormivit in Domino anno Christ. Sal. M. D. LXIII. IIII. *Kal. Januarii, ætatis suæ* 48.

Vario-

Jac. le Long in Bibliotheca Sacra Tom. I. pag. 291. sqq. edit. Paris. repetitae. Adde illis B. *Christian. Kortholtum* de variis Bibliorum editionibus p. 169. & *Baelium* Tomo I. Dictionar. pag. 838. C. Praeclare de illa sensisse *Jo. Checum* & *Mart. Bucerum* testis est *Christ. Carleilius* in epistola ad Castalionem ipsum data, quae inter Selectas, à Colomesio nostro editas, num. XXIII. exstat.

k) Compara *Jac. le Long* Biblioth. Sacram Tom. I. p. 346.

l) Ex paupertate mortuum fuisse Scaliger in Scaligeranis auctor est p. 84.

Variorum Testimonia de Castalione & eius scriptis.

Scaliger in Primis Scaligeranis p. 28. Groningæ 1669. S. C. *optime tractasset S. literas, si a multis Anabaptismi opinionibus liber fuisset & adiutus ab aliquo.*

Idem ibid. p. 42. *Castalio vulgaris tum in Theologia tum in linguis,* un Pedante, *& qui, quicquid in buccam veniebat, effutiebat. Sebastien Castillon Allobrox, Lugduni cum ageret adolescens, accidit, ut quidam errore nominis pro Castellione, Castalionem vocaret, quod audiens a Musarum fonte, qui Castalius dicitur, derivatum, adamavit & amplexus est, seque, omisso deinceps Castellionis nomine patrio, Castalionem appellavit. Id dicit ipse in defensione quadam adversus Libellum Joh. Calvini.*

Thuanus ad annum 1563. *Hoc anno fatis concessit Sebastianus Castalio, Allobrox, qui cum puriorem linguarum cognitionem ad Theologicam scientiam adiunxisse se putaret, impuras manus multorum iudicio ad sacra tractanda attulit, cum a rebus ad tantum opus necessariis homo imparatissimus novam Bibliorum interpretationem insolenti temeritate molitus est, a Gallicis & Helveticis Ecclesiis, quarum alioqui doctrinam amplectebatur, in quibusdam dissidens; & Bernardino Ochino segregi, cuius & Dialogos Latinos fecit, præcipue in Polygamia adstipulari creditus; Vnde pleraque contraria inter eos scripta emanarunt; tandem Basileæ non ita senex lue pestilenti obiit.*

Fr. de la Croix dans sa Bibliotheque: *Sebastien Chastillon ou Chasteillon, dit* Castalio, *natif du pays de Savoye, homme docte es langues Hebraique, Grecque & Latine, a escrit premierement en Latin & depuis traduit en François, un Livre intitulé* Theologia Germanica; *& en François il luy a donné ce titre,* Traité du Vieil & nouvel homme. *S'il n'en est autheur, pour le moins aucuns le luy mettent a sus. Aussy on luy attribue le Livre mis sous le nom de* Martin Bellie, *escrit tant en Latin qu'en Fr. auquel Theodore de Beze a fait responce, mais ie n'asseure pas, qu'il en soit autheur, car il n'y a point mis son nom. On luy met encore a sus un Livre intitulé* Le Conseil à la France desoleé.

Fridericus Furius Ceriolanus in Libro inscripto *Bononia*, * sive de literis Sacris in linguam vernaculam vertendis: *Quid de Castalionis translatione dicam? annon hic omnes Interpretes, quicunque libros Sacros in Latinum converterunt, ita vicit, ut soli ipsi prima merito deferri debeant? Certe huius ego viri industriam, laborem, diligentiam, quam in convertendis Bibliis posuit, tanti facio, ut, quum ad manus meas eius translatio pervenisset, non potuerim mihi temperare, quin in eius laudem hosce facerem versiculos:*

* Hic Liber sic dictus est a Bononia Siculo Theol. Professore, quicum Ceriolanus de Bibliis in vernaculam linguam vertendis acri disceptatione contenderat. Lege Thuanum ad annum 1592.

Nescio quis veterum voluit, sermone Latino
Biblia cum priscis ut loquerentur avis.
Tentavit, fecitque suis pro viribus omnem
Conatum, at fantur Biblia barbarice.
Eusebius tentavit idem, tentavit Erasmus:
Frustra opera est, fantur Biblia barbarice.
Tentarunt hoc ipsum alii, sed non bene cessit:
Frustra opera est, fantur Biblia barbarice.
En tibi Castalio tentat, cœlo auspice: idipsum
Successit: ponunt Biblia barbariem.
O opus egregium! Latio sermone loquuntur
Biblia nunc tandem Castalionis ope.

Si nemo unquam fuisset aliquid de Græco peregrinis verbis persequutus, ubi huius viri translationem vidisset, non dubitaret, certo scio, an è Græco eleganter, fideliter, & vere in aliam linguam verti posset.

Wilhelmus Lindanus in Concordia Discordi p. 106. *Thomam Cempisium ut Castalio castrarit & semimactarit, quid attinet hic commemorare?*

Aubertus Miræus in Elogiis Belgicis p. 71. edit. 1602. *Sebastianus Castalio colore eo quæsito, ut Latinius scilicet Thoma Kempensis de Christi Imitatione libellum loquentem faceret (quo supercilio, qua impietate?) nuper ausus est castrare quarto de SS. Eucharistia Libro, quo nefarius Sacramentariorum error iugulatur.*

Petrus

Petrus Ramus in Oratione, cui titulus est *Basilea*, anno 1571. *Castellio conversionibus præcipue delectatus est: Convertit Latine Xenophontis, & e Josepho Mosis Rempublicam, quædam etiam Cyrilli, Sacra item Biblia: Dialogos autem sacros oratione prosa, versu etiam Sibyllina oracula, aliquotque Davidis Odas conscripsit. Atque utinam tanti ingenii tamque bonis artibus ac literis eruditi vis illa in hoc unico Græcæ professionis argumento versari maluisset, nihil mea quidem sententia in isto genere laudis Basilea comparandum habuisset.*

Montagne liv. 1. ch. 34. des Essais: *J'entens avec une grande honte de nostre siecle, qu'à nostre veuë, deux tres excellens personnages en sçavoir, sont morts en estat de n'avoir pas leur saoul à manger. Lilius Gregorius Gyraldus en Italie, & Sebastianus Castalio en Allemagne: Et croy, qu'il y a mille hommes, qui les eussent appellez avec tres avantageuses conditions, ou secourus, ou ils estoyent, s'ils l'eussent sceu.*

Scaliger in Scaligeranis 1667. p. 46. *Castalioni fecerunt iniuriam, cum doctus esset; fastum obiecerunt, mortuus est ex paupertate.*

Idem ibid. p. 101. *Si non cum affectu vel ignominia Grynæus* (Joh. Iacobus puto, non Simon, qui vivis excessit anno 1541.) *iussit Castalionem ex suo sepulchro educi & alibi sepeliri, nihil mali. Sunt, qui nolunt alios in suo sepulchro sepeliri, sed in nostra religione non debet fieri.*

Xistus Betuleius ad Lactantium: *Sebastianus Castalio, vir singulari iudicio & eruditione rara præditus, quicquid Sibyllarum nomine fertur, ab una profectum affirmat; ac in suam me propemodum traxit sententiam, argumentis non in speciem modo probabilibus, sed iustis quibusdam rationibus roboratis. Ad argumentorum probabilitatem accedit incomparabilis, quam de homine concepi, admiratio, quam apud animum meum excitarunt luculentissimæ ipsius lucubrationes, quas utraque lingua, utroque dicendi genere, non sine magna rei literariæ, sacræ potissimum, utilitate in lucem edidit. Accedunt liquidissima bonorum virorum testimonia, qui de ipsius eruditione, integritate, candore, pietateque testantur; in quibus præcipue commemorandi sunt ipsius hospites Bernardinus Ochinus Senensis, purioris Theologiæ Professor,*

& Joh. Oporinus Basiliensis typographus, uterque vir fide dignissimus. Accedit Fr. Stancari Mantuani commendatio & praeconium.

De eodem Calvinus in Epistolis, Beza in vita Calvini, Melanchthon in Epistolis edit. Lugduno-Batavæ, p. 512. Matthias Bergius Præfat. in Ethica Aristotelis Francof. 1591. Marloratus Præf. in N. T. Gallicum, Pasquiet dans ses Recherches p. 703. Albericus Gentilis in Libro de Latinitate vulgatæ Bibliorum versionis male accusata, Chamierus To. 1. Panstratiæ p. 424. Riuetus in Isagoge ad S. Scripturam p. 179. Simon Episcopius in Operibus Theologicis p. 277. Ludovicus Molinæus in Parænesi ad ædificatores Imperii in Imperio pag. 356. & 429. Cloppenburchius in Dissertatione de Origine & progressu Socinianismi, & alii. m)

HIERONYMUS SERIPANDUS

Neapolitanus.

Hieronymus Seripandus, vir Hebræarum literarum haud ignarus, hic locum suum iure deposcit. Fuit is Augustinianorum primum Generalis, dein a Julio 3. Salernitanus Archiepiscopus creatus, tandem ob summam linguarum ac rerum peritiam Cardinalitio galero a Pio 4. donatus. Obiit Tridenti, quo Legati munere fungebatur, anno 1563. n) Mortuum Bononiæ laudavit * Aegidius Marchesinius Dominicanus,

* Hæc Oratio legitur in Concilio Tridentino edit. Lovaniensis fol. p. 481.

Vario-

m) Jungantur illis *Pet. Baelius* l. c. *Teisserius* in Elogiis Tom. I. pag. 221.-225. & Tom. III. pag. 153-159. *Vincentius Placcius* in Theatro Pseudonymorum num. 576. *Thomas Pope Blount* in Censura Auctorum pag. 493.-495. & *Thom. Crenius* in Singularibus Scriptorum pag. 82. sqq.

n) 1563. 16. Kal. April. teste *Oldoino* in Athenaeo Romano pag. 328. cum vixisset annos LXX, menses V. & dies XI. fide epitaphii, quod ab eodem Oldoino & pluribus aliis affertur.

Variorum Testimonia de Seripando.

JOhannes Widmanstadius Ferdinando Imp. in N. T. Syriacum Viennæ excusum anno 1555. *In Italia linguam Hebraam excoluit Aegidii Viterbiensis nobilis discipulus, Hieronymus Seripandus, Neapolitanus Patricius, Augustiniana toga, Sacrarumque concionum lumen & ornamentum. Duo item Romana Ecclesia Senatores Hieronymus Aleander Brundusinus, & Fridericus Fulgosus, Salernitanus Archiepiscopus; & huius popularis Augustinus Iustinianus Nebiensis, alterque Augustinus Steuchus, Kisamensis Episcopus. Quorum omnium extremi fere Spiritus in divinarum linguarum procurationem defixi, ex hac vita, nisi eam Seripandus doctrina moribusque sanctissimis excultam adhuc retinet, excesserunt.*

Hieronymus Capugnanus in Itinerario Italiæ pag. 16. edit. Vicentinæ: *Tridenti in Ecclesia, quam incolunt FF. Heremitani, tumulatur Hieronymus Seripandus Cardinalis, vir magni nominis, tum vita sanctimonia, cum literarum peritia, & in Concilio Legatus.*

Jerosme Ruscelli dans une Lettre à Philippe 2. Roy d'Espagne, de Venise le 3. d'Avril 1561. traduite en François par Belleforest: *Il y a quelque temps, que mon esprit s'est arresté du tout en Jerosme Seripande Archevesque de Salerne, au quel reluisent comme un comble parfait les lettres, la cognoissance des langues, les sciences, une bonté singuliere, l'integrité de vie, & sur tout une devotion particuliere, qu'il a à la maison d'Austriche, l'intelligence, qu'il a des affaires, & des actions de vos personnes, estats & Royaumes, ainsy qu'en peut faire foy celle elegante harangue, qu'il recita presque a l'improviste a Naples en langue vulgaire, & soudain puis apres l'écrivit en Latin, il y a trois ans, aux obseques & funerailles de la Maiesté du feu Empereur Charles le quint. Et comme ie suis asseuré que pour la gloire & service de vostre Maiesté, il acceptera sans replique cette charge & office tres volontiers, aussy me tiens je pour certain, que vous & vostre tres sage conseil, luy enioindrez auec vostre grand plaisir & contentement: sçachant bien par plusieurs voyes & moyens, en quelle opinion & vostre tres parfait iugement, & celuy de l'Empereur vostre pere, auez*

eu la bonté, doctrine, renommée & bonne vie de ce grand Prelat, & le compte, que tousiourt vous en avez fait.

Fra Paolo dans l'Histoire du Concile de Trente, de la traduction de Diodati, p. 804. 1621. *En ce mesme iour mourut le Cardinal Seripande au grand regret de tous les Prelats & de toute la ville de Trente. Il avoit le matin receu le S. Sacrement de l'Eucharistie, lequel il voulut prendre de genoux & hors du lit: auquel depuis s'estant fait remettre, il fit en la presence de cinq Prelats, des Secretaires de Venise & de Florence, & de tous ses domestics, un Discours Latin, qui dura autant que luy dura le soufle, par lequel il fit confession de sa foy conforme en tout à la Catholique de l'eglise Romaine, & parla des Oeuvres de l'homme Chrestien, de la Resurrection des morts, des affaires du Concile: le progrés & suite duquel il recommanda aux Legats & au Cardinal de Lorraine: Et comme il entroit es particularitez des moyens & procedures à tenir, il se sentit defaillir: & dit, que Dieu luy defendoit de passer plus outre, mais que luy mesme parleroit en temps & lieu. Et trepassa, sans dire plus un seul mot.*

Paulus Manutius Epist. Præf. ad Pium 4. in Reginaldi Poli Librum de Concilio: *A summo viro Hieronymo Seripando, cui tua sapientia, debitum iampridem eius integritati atque doctrina, in Cardinalium Collegio locum tribuit, literas accepi.*

Gabriel Barrius vel Gulielmus Sirletus lib. 2. Calabriæ suæ: *Jam certè Parrhasii Commentarii in Ciceronis Epistolas ad Atticum in Seripandi, & inde ab eo in Pauli Manutii manus cum pervenerint, sub eius nomine leguntur. Et quidem vel ipse aliquando mecum loquens, se eos a Seripando habuisse fassus est.*

De eodem Onuphrius in Pio 4. Massonus in Marcello 2. Antonius ab Altomari in Operibus p. 694. edit. 1565. Paulus Manutius in Epistolis, Johannes Franciscus Lombardus inter Italiæ illustratæ Scriptores p. 853. Consalus Ponce de Leon ad cap. 13. Physiologi Epiphanii, Ludovicus Jacob a Sancto Carolo in Tractatu Gallico de Bibliothecis p. 128. & alii. o)

MA-

o) Præ ceteris consuli velim *Nicol. Toppium* in Bibliotheca Neapolitana p. 106. sq. *Oldoinum* in Atheneo Romano p. 327. *Ghilinium* in Elogiis Vol. II. p. 155.

MARIANVS VICTORIVS
Reatinus.

Circa annum 1570. claruit Marianus Victorius Amorettus, Reatinus, Canonicus, SS. Theologiæ Professor & Episcopus Amerinus, vir linguarum Orientalium, Aethiopicæ præsertim, quam a Petro quodam Aethiope monacho didicerat, callentissimus. Huius Scripta hæc sunt:

Emendationes & Notæ ad Hieronymi Opera Antuerp. 1579. p)
Aethiopicæ linguæ Institutiones, Romæ 1552. q)
Liber de Origine Italiæ.
Commentarius de Antiquis Poenitentiis, a Joh. Morino laudatus, in Opere de Poenitentia p. 604.
De Sacramento Confessionis Liber, Romæ 1566.

Variorum Testimonia de Victorio & eius scriptis.

Genebrardus in Chronographia ad annum 1555. *E Petro quodam Aethiope* * *Marianus Victorius Reatinus linguam Aethiopicam didicit anno 1552. Institutionibus de ea editis nunquam antehac visis.*

* Hic Petrus Aethiops an. 1548. imprimi curavit N. T. cum sola Pauli ad Hebræos Epistola Aethiopico idiomate, & Aethiopicis characteribus.

Paulus Manutius Joh. Morono Card. 5. Kal. Sept. 1570. *De Mariano Victorio summæ probitatis, raræ doctrinæ, excellentis industriæ viro cognovi, acturum te esse de negotio meo.*

Petrus Faber Sanjorianus Lib. 3. Semestrium p. 47. *Ad hunc Hieronymi locum videndus Fr. Ribera Societatis Jesu Presbyter*

Laur. Crassum Parte I. fol. 1. *Curtium* in Elogiis p. 109.-115. & *Petramellarium* in Vitis Cardinalium p. 101.

p) Hic multa eum non vidisse, aut, si viderit, non correxisse judicat *Janus Drusius* in Commentar. posteriore ad Voces Hebraicas p. 207. qui eundem p. 210. *Erasmomastigem* appellat.

q) Operarum vitio 1652. exprimitur in *Jac. le Long* Bibliotheca Sacra Tom. II. p. 1196. Recusus est idem liber Rom. 1630. 8.

byter ; & hic quidem Hieronymi locum, a Mariano Victorio, eius nupero & eruditissimo alioqui Scholiaste, depravatum, docet sic utique legendum. De eodem p. 217.

Theodorus Canterus Var. Lect. lib. 2. c. 21. *Hi Hieronymi loci tanquam sani & integri ab omnibus Interpretibus prateriti sunt, & pracipuè a Mariano Victorio, Viro Italo, qui utinam pro omnibus suis in Batavos convitiis, hos & similes locos nobis emendasset ac illustrasset, maiorem certe laudem a literarum studiosis reportaturus.*

Ludovicus de Dieu Animadvers. ad Act. Apostol. p. 92. 1634. *Candacis Regina Aethiopia Eunucho proprium fuisse nomen* Lacasa, *Catalogus Regum Aethiopia, quem Marianus Reatinus Grammatica sua Aethiopica subiunxit, asserit, etsi perexigua Catalogo isti, quippe fabulis & ineptiis refertissimo, fides adhibenda sit.*

Joh. Dallæus in Disputatione de Confessione Auriculari, p. 251. & seq. Gen. 1662. *Denique narrat nobis Gregorius de Valentia horribile quoddam arcanum, Marianum Victorium Reatinum in Bibliotheca Regis Christianiss. Librum Chrysostomi vidisse de Confessione scriptum, seque id a Jac. Pamelio didicisse. Sed quid ille liber narraret, neque Marianus, neque Pamelius, neque Gregorius produnt.*

Scaliger in Scaligeranis 1667. p. 110. *Je veux avoir un Hieronymus de la derniere edition il y a dix ans, reveu par Marianus Episcopus Amerinus,* (sic legendum) *qui a esté Bibliothecaire du Pape, & l'a conferé avec les vieux Exemplaires.*

FRANCISCVS STANCHARVS *Mantuanus.*

FRanciscus Stancharus deserto Papismo in Borussiam venit, & Regiomonti linguam Hebraicam, cuius erat peritissimus, non sine laude docuit. Incidebat illo tempore sectaria opinio Andreæ Osiandri (de quo alibi) qui contendebat, iustificationem hominis ad solam Christi naturam diuinam pertinere. Hunc ille castigaturus in alterum extremum delabitur, voce & scriptis asserens, Christum

ftum esse Mediatorem tantum quoad humanam naturam; cui hac in parte restiterunt Melanchthon, Caluinus, Simlerus & alii, quibus per discipulos suos ac imprimis per Andream Tricium Modreuium, Regis Poloniæ Secretarium, respondere quidem conatus est, verum succubuit, & Borussia prohibitus, in Poloniam discessit. Obiit anno 1574. Plura disces ex Hoornbeekio in Summa Controuersiarum Religionis, p. 732. 735. & seq. r)

Stanchari Scripta.

Grammatica Hebræa, Basileæ 1546.
Expositio in Epistolam Jacobi, ibid. 1547.
Locorum S. Scripturæ Conciliationes.
De decem Captiuitatibus Judæorum.
De Sanguine Zachariæ.
De Rabbinorum & Anabaptistarum falsa opinione de Messiis.
De Reformatione Ecclesiæ Italiæ.
Et alia quæ recenset Simlerus in Biblioth. Gesnerianæ Epitome, quæque transcribere longum foret.

Testimonia de Stancharo & eius scriptis.

AUthor Præfationis ad Lectorem in Galatini Libros de Arcanis Catholicæ veritatis. Basil. 1550. *Quam diligentiam D. Franciscus Stancharus Hebraica literatura callentissimus, in emendandis istis libris adhibuerit, candidus Lector facile, si veterem editionem cum noua ista contulerit, deprehendet.*

Wolph. Lazius in Migrationibus Gentium Basil. 1557. p. 20. & seq. affert Monumentorum quorundam Hebræo-

r) Plura peti possunt ex *Stanislai Lubienizkii* Historia Reformationis Polonicæ lib. 1. cap. 5. & *Baelio* Tom. III. Dictionarii pag. 2788. 2793. Sinistrum admodum *Joh. Joelli* de eo judicium legitur in Epistolis Selectis à Colomesio editis p. 304.

bræorum expositionem auth. Fr. Stancharo, in cuius fine hæc habet: *Ex autographo Stanchari lingua Heb. peritissimi.*

IMMANVEL TREMELLIVS *Ferrariensis.*

IMmanuel Tremellius, Ferrariæ patre Hebræo natus, linguæ Hebraicæ peritissimus, cum Lucam cum Petro Martyre & aliis concessisset, postremo, Italia omnino relicta, cum ipso Martyre ac sociis in Germaniam venit, & Argentinæ primo domicilium fixit, deinde, potiente rerum Edwardo sexto, in Britanniam transmisit, quo mortuo Germaniam repetiit, & in Schola Hornabacensi ad professionem Hebræam euocatus est, ubi Syriacam N. T. interpretationem Latinitate donauit, & postea nouam veteris fœderis, ad Hebraicæ veritatis fontes examinatam, translationem molitus est, socio tanti laboris ascito Fr. Junio Biturige, qui post Tremellii obitum eandem editionem in opere alieno plus iusto ingeniosus recensuit, & additis multis auctiorem potius, quam meliorem, iudicio multorum reddidit. Relicto postremo Heydelberga, Diuiodurum Mediomatricum, ubi olim, cum ex Italia veniret, vxorem duxerat, concessit; unde Sedanum, Bullionii Principum sedem, euocatus, ut in Academia noua linguam Hebræam profiteretur, septuagenario proximus defecit, A. 1580. *Hæc Thuanus.*

Alia Tremellii scripta.

Enarrationes in Hoseam 1563.
Grammatica Chaldæo-Syra 1569.
Catechismus Calvini Hebraice redditus,
Epistola Hebraica in Rudimenta linguæ S. Antonii Rodolphi Cevallerii, Genevæ 1590.

Vario-

Variorum Testimonia de Tremelliö & eius scriptis.

JOscelinus sive quis alius, in Episcoporum Cantuariensium Vitis p. 347. edit. 1605. *Frequens fuit ad Reginaldum Polum Evangelicorum concursus, & Antonii Flaminii consuetudo, tum Imm. Tremellii doctissimi Viri, qui a Judaica pertinacia * ad Christum in Poli familia conversus & contra Pontificiam doctrinam edoctus fuit, ac Evangelica dogmata ibidem hausit, nec non a Polo & Flaminio in Baptismo intra domesticos Poli parietes susceptus est.*

Idem ibidem p. 351. *Ipse Imm. Tremellius, Hebraus, qui a Polo nomen in Baptismo, ut diximus, accepit; cum Bruxellis beneficentiam modicam, qua inopiam suam sublevaret, obnixe atque adeo Christianitatis nomine per eum suscepta peteret, sine ope nulla cum probro atque minis repulsus est.*

Jaques Cappel p. ã 3. des Livrées de Babel: L'an 1580. dernier de Juillet, *Emm. Tremellius fit icy* (à Sedan) *son Testament, louant Dieu de ce que du Judaisme, il l'avoit appellé à la cognoissance de J. C. donne 30. escus à nos pauvres, y meurt peu de iours apres; & cependant les Sieurs Remond & Ferrier, n'ont point de honte d'escrire qu'il est retourné & peri en son Judaisme.*

Joh. Jac. Grynæus in Apophtegm. Morientium: *Imm. Tremellius S. Theol. Doctor, moriens dixit*: Vivat Christus, pereat Barrabas.

Ludovicus Masurius in Poemat. pag. 89. versa edit. 1574.

Multa tulit voluens Hebraa Tremellius olim
Quem mihi virtutum nomine iunxit amor.

Edwardus Livelæus in Præfat. in Annot. ad Prophetas quosdam è minoribus: *Tremellio & Junio qui multa deberi negat, na ille aut iudicii expers, aut invidus.*

N. Stochius Præfat. in Friderici Dedekindi Proverbia elegiaco carmine reddita 1584. *Curauimus è regione*

ponè

* Tremellius in speculario contra Genebrardum a Fr. Junio sic loquens inducitur: *Celebris ille Farnesius Cardinalis Roma vestrarum (ut scis Historiographe) id est Gallicarum partium studiosissimus, me Judaum genere ante annos 50 in familiam suam asciverat, cum ad Christianos primum transivi certa religionis ductus conscientia.*

poni simplicem , religiosam , planeque accuratam Imm. Tremellii versionem , doctissimorum iudiciis testatam.

Theod. Beza ad v. 20. c. 21. Lucæ : *Hic lubet subiicere ex Rituum Judaicorum Volumine , ceremoniam panis & poculi , quæ sumunt Judæi sub finem Cœnæ Agni paschalis. Ea igitur eiusmodi est Emm. Tremellio homine doctissimo & mihi amicissimo interprete &c.*

Thomas Erpenius in Oratt. de lingua Hebræa & Arab. p. 75. *Domi in Arabicæ linguæ cognitione profecerunt fama notissimi Jos. Scaliger , Emm. Tremellius , viri summi , nec sine laudis præfatione nominandi.*

Theophilus Banosius in Vita Pet. Rami : *Heydelbergæ non solum Professores singulos , sed ante omnes Imm. Tremellium, hospitem suum, tota Europa Hebraicæ linguæ Professorem longe celeberrimum, sibi conciliauit.*

De eodem Simlerus in vita Petri Martyris : Beza in vita Caluini , & in v. 22. c. 5. Matt. & alibi , B. C. Bertramus Epist Præfat. in Comparationem linguæ Heb. & Aramicæ , Joh. Phil. Paræus in Vita Dauidis patris , Bucholcerus in Chronologia ad annum 1580. Andreas Riuetus in Catholico Orthodoxo p. 56. & seq. editionis Genevensis , & alii. t)

IOHANNES BAPTISTA CAMOTIVS *Asulanus.*

JOhannes Baptista Camotius , Asulanus, ex vetere in eo oppido familia ortus , linguarum Orientalium cognitione insignis , cum Medicinæ operam dedisset , omissis eius experimentis , sub Julio 3. Bononiæ in Schola Hispaniensi publice Philosophiam professus est ; Dein sub Paulo 4. Maceratæ in Piceno eandem professionem exercuit ; Postea a Pio 4. Romam euocatus , Patrum Græcorum Scriptis interpretandis incubuit ; ac tandem 13. Kal. Apr.

t) Copiosius de Tremellio commentari me memini in Bibliothecae Hebraicae Vol. I. n. 1797. & in accessionibus Vol. III. p. 882. sq.

Apr. anni 1581. ætatis 66. in vrbe è vita demigrauit, Timotheo filio superstite. Multa scripsit, ex quibus tantum Orationes, sparsim variis temporibus habitæ, dum vixit, editæ, & Commentarii Græci in Metaphysica Theophrasti, & Translationes è Græco pleræque. Longe plura non edita; quorum Indicem Italia transmissum habuit amplissimus Thuanus. u)

GVLIELMVS SIRLETVS. x)

ANno 1585. 8. Id. Octobr. Romæ diem obiit Gulielmus Sirletus, cum annos 71. exegisset, Squillacii in Calabria natus, qui ob raram linguæ Græcæ peritiam, cui & Hebræam postea adiunxit, magno in honore a Paulo 3. habitus, ab eodem Monopolitanus Episcopus creari meruit; dein in Collegium Cardinalium a Pio 4. Caroli Borromæi commendatione, allectus, post M. Antonii Amulii Cardinalis mortem Bibliothecæ Vaticanæ præpositus fuit; cui decedenti in eo munere suffectus est Antonius Carafa Cardinalis, rara & is linguæ Gr. cognitione præditus, qui Græcam Bibliorum editionem, iam tum superstite Sirleto inchoatam, sua diligentia tandem ad umbilicum perduxit. Moriens Sirletus priuatam sed locupletissimam Bibliothecam, multis Principum Gazis comparandam, reliquit, quam nunc Ascanius Columna Cardinalis, cum eruditissimo annotationum eiusdem in Psalmos opere & apparatu Biblico, quæ adhuc lucem expectant, possidet. *Hucusque Thuanus.*

Variorum Testimonia de Sirleto & eius scriptis.

COnsalus Ponce de Leon ad Physiologum Epiphanii c. 13.

u) Compara *Anton. Teisserii* Elogia Thuanea Tom. I. pag. 515. sq. & *Nic. Comneni Papadopoli* Historiam Gymnasii Patavini Tom. II. p. 241.

x) Calaber, in opido *Stili* natus, fide epitaphii, quod effert. *Oldoinus* in Athenaeo Romano p. 299. In eo vocatur *S. Sedis Bibliothecarius, Hebraicae, Graecae, Latinaeque peritissimus, humanarum divinarumque disciplinarum scientia clarus, eruditorum & pauperum patronus.*

Adscribam ego elegantissimum Marci Antonii Flaminii Epigramma, in quo magnum Gul. Sirletum in pauperi adhuc fortuna delitescentem Seripando Cardinali commendat, atque appositissime columbæ comparat. Ait:

Commendo tibi, Seripande magne,
Gulielmum hominem pium, eruditum,
Et candore animi parem columbæ,
Doctum præterea vtriusque linguæ,
Quodque existimo pluris æstimandum,
Pauperem, iuuenes tamen docentem
Gratis pauperie mala grauatos.
Illum Græcia magna procreavit,
Antiqua probitate moribusque
Dignis Pythagora, virum tuaquè
Dignum amicitia: idque ita esse certo
Sciens, hunc tibi magne amice dono,
Virtutique dico: nec alter
Cliens aptior est tibi, nec ipse
Patronum inueniat sibi aptiorem.

Idem Præfat. ad idem Opus: *Acerrimum est Gul. Sirleti Cardinalis amplissimi iudicium: scit mundus, duce illo nihil de literis sinistre censeri potuisse. Quæ enim (bone Deus) viri doctrina? qualis cognitio? quanta vis ingenii? dicant (dicent proculdubio) qui ex professo tanti viri dotes sæculis venturis non invidebunt: nos qui tanto muneri impares sumus, hoc agamus.*

Gabr. Barrius lib. 3. Calabriæ suæ: *Reatium oppido par, & Virdivallis Gulielmo Sirleto nobilis. Hic Latinis Græcis & Hebraicis literis, divinaque Scripturæ scientia apprime eruditus est, & a Pio Rom. Pont. huius nominis quarto S. R. E. Cardinalium ordini est additus.*

Fr. Scorsus Prolegom. ad Theophanis Homilias p. 63. Paris 1644. *Habeo in meis monumentis, a P. Octavio Caëtano collectis, Epistolam Photii missam Theophani Monacho Græce scriptam, manu P. Jac. Sirmundi, & Latine ab eodem redditam:*

de-

depromptam, vt iudico, ex Bibliotheca Card. Columna, qua fuit antea Card. Sirleti, nunc dicitur Ducis Altemps.

Onuphrius in Non editis de Bibliotheca Vaticana: *Nicolao Maiorano Hydrontino in cura huius Bibliotheca successit Gul. Sirletus Squillacensis per promotionem ad Episcopatum Monopolitanum. Hieronymus Sirletus, Gulielmi frater, successit per promotionem ad Protonotariatum.*

Hieronymus Capugnanus in Italiæ Itinerario, p. 147. 2. partis, edit. Vicentinæ 1601. *Est Roma Bibliotheca Card. Gul. Sirleti, libris Gracis plena, ut erat ille ad miraculum doctissimus: qua nunc Bibliotheca 20. millibus aureorum æstimata, Ascanii Card. Columna est, patetque doctis hominibus. Hanc emit Card. Columna quatuordecim millibus aureis.*

Author Quæstionis Theologicæ, Historicæ & Iuris Pontificii, de mente Concilii Tridentini circa gratiam efficacem & scientiam mediam 1647. (iuxta exemplar impressum anno 1607.) Articulo 3. pag. 4. *Sub finem Concilii, Catechismus componitur, præsertim a Leonardo Marino, Archiepiscopo Lancianensi, ex Francisco Forerio eiusdem ordinis. Hi Romam ire iubentur, ut Opus illud absolutum iudicio S. Sedis evulgent, recensitum & perfectum ab illustrissimo Sirleto, qui Tridentino Concilio interfuerat cum Cardinali S. Crucis, cuius tunc erat domesticus, & Sylvio Antoniano Cardinali.*

Paulus Aemilius Sanctorius in Historia Carbonensis Monasterii, Romæ 1601. p. 14. *Gabriel Barrius Franciscanus in sua Calabria, (si is libri author fuerit, licet nomine eius in lucem prodierit, nam multi, & fortasse non insulse, Gulielmi Cardinalis Sirleti, præstantis doctrina & exacta studiorum disciplina celebris, ingenio adscribunt.)*

Sebast. Verronius in Chronologia pag. 471. 1599. *Gulielmus Sirletus Card. excellit plurimis animi dotibus, ut incertum fuerit, pietasne in Deum, an charitas, & animi demissio, aut scientia absolutissima linguarum simul, & disciplinarum divinarum in eo potior censenda esset.*

Paulus Manutius Antonio Merulæ Romæ 14. Kal. Quint, 1566. *Habes egregie animatum erga te Cardinalem Sirletum,*

letum, cuius authoritatem pro singulari eius integritate, sapientia, doctrina, maximam esse non ignoras.

Ex Catalogo Codicum MSS. D. Caroli de Montchal Arch. Tolosani, Cod. 46. *Epitaphium Cardinalis Sirleti Grace.*

De eodem Christ. Plantinus Epist. Præf. in Stobæi Eclogas Antverp. 1575. Johannes Juvenis Antiquit. Tarentinarum lib. 8. Hercules Ciofanus ad Ovidii Metamorphos. p. 21. edit. Antverp. Lucas Brugensis Præf. in Notas ad Biblia 1579. & ad calcem Bibliorum Plantini 1583. Federicus Morellus Epist. Præfat. in Pisidæ Poëma de mundi creatione 1584. Gentianus Hervetus pag. 57. Philocaliæ Origenis interprete Genebrardo 1574. Jos. Auria Præfat. in Theodosium de diebus & noctibus Romæ 1591. Emmanuel Sa in 4. Evangelia p. x 3. versa, Petrus Victorius Var. Lect. lib. 14. c. 18. Pamelius in fine Notarum ad Tertullianum, Flaminius Nobilius p. 990. To. 2. Operum Basilii edit. 1618. Onuphrius in Marcello 2. Carolus Bovius Præfat. in Constitutiones Clementis, Paulus Sacratus sæpe in Epistolis, Joh. Molanus lib. 3. cap. 23. de Imaginibus, Muretus in Oratione de laudibus Epistolæ, & Var. Lect. lib. 10. c. 14. lib. 14. c. 8. lib. 18. c. 13. & 14. Alfonsus Cicarellus de Mevania Epist. Præfat. in Tractatum de origine, consecratione, & virtutibus agnorum Dei 1579. Aubertus Miræus in Elogiis Belgicis pag. 18. & 164. edit. 1602. Baronius in Martyrologio pag. 17. & alibi, Paulus Manutius in Epistolis, Paulus Aicardus Epist. Præfat. in Mercurialis Tractatum de Morbis cutuneis 1576. Theodorus Douza ad Georgii Logothetæ Chronicon Constantinopolitanum p. 72. editionis suæ, Leo Allatius in Differt. de Libris Ecclesiasticis Græcorum pag. 83. Ludovicus Jacob in Tractatu de Bibliothecis p. 97. & 556. Joh. Sambucus in Emblem. pag. 177. Lambinus Præfat. ad Lectorem in Horatium, & alii. y)

HIE-

y) Praeter eos, quos *Oldoinus* de nostro copiose excitat, lege *Petramellarium* de Vitis Cardinalium pag. 300. *Ghilinium* in Theatro Vol. II. pag. 170. *Naudæum* in Naudaeanis pag. 64. & novissime Nicol. Comnenum Papadopoli in Historia Gymnasii Patavini Tomo II. p. 145.

HIERONYMVS COLVMNA
Neapolitanus.

SIrletum ſequitur Hieronymus Columna, vir ſummopere laudandus, non ſolum ob gentis claritudinem, cuius nomen præferebat, quippe qui a Pompeio Columna, Cardinali & regni Neapolitani Prorege, genus repeteret; ſed imprimis ob ſingularem eruditionem cum moribus ſuaviſſimis coniunctam. Is arctam cum Joh. Matthæo Aquaviva, Hadrianenſium duce, viro natalium ſplendore & ſcientiarum doctrina itidem illuſtri, amicitiam coluit, & bis mille quingentorum voluminum Bibliothecam inſtruxit; præter ſtatuas antiqui operis & nummos, raræque elegantiæ picturis ornatam domum habuit, ac ſplendide vixit, in eoque ſplendore & otio multa elucubraſſe dicitur, quippe utriusque linguæ non trita cognitione præditus: Poſt elatam uxorem etiam linguæ S. operam dedit, &, cum ſacris initiari cuperet, iam Epiſcopus deſignatus, ex malo calculi 3. Non. Apr. anni 1586. ætatis 54. Neapoli deceſſit, ad B. Virginis in monumentum maiorum illatus. Q. Ennii fragmenta collegit, diſpoſuit, explicuit, quæ Johannes filius quadriennio poſt parentis obitum publicavit, fidem apud poſteritatem factura, quid a tanto viro expectandum fuerit, ſi diuturniorem ei vitam Deus annuiſſet. Præter Johannem, ex coniuge dilectiſſima, Pompeium, honoribus quibusdam in aula Romana defunctum, reliquit, ac poſtremo Fabium, qui in naturali hiſtoria induſtriam ſuam exercuit. z)

Teſtimonia de Columna & eius ſcriptis.

PAulus Merula Præfat. ad Ennium, Lugd. Bat. 1595.

 Cum

z) Petita haec ſunt ex *Thuano* lib. 86. Confer *Anton. Teiſſerii* Elogia Thuanea Tom. II. pag. 71. ſqq. & *Nicol. Toppii* Bibliothecam Neapolitanam pag. 345.

Cum hunc Commentarium ad umbilicum fere perduxissem, prodiit præter spem in omnia huius Poetæ opera Explicatio Hieronymi Columnæ, Viri, quod scripta testantur, quodque magni Scaligeri est iudicium, literatissimi, infinitæ lectionis, cui in eruditiorum apud Italos Senatu prima merito tribuenda; Viri, quod ab aliorum mihi relatu & scriptis, generoso sanguine & satu nobilissimo; Viri denique, cuius indicium undique mihi, candidissimi, & cum humanissimis quibusque sua, quæ summa, certantis humanitate.

Joh. If. Pontanus ad Macrobium Theodosium p. 646. edit. 1597. *Monuit in Ennianis reliquiis ille Italiæ nuper columen Hieronymus Columna.*

Petrus Scriverius pag. 417. Amorum Baudii 1638. *Quinti Ennii fragmenta aliquot collegit nobilissimus Hieronymus Columna, Italus, politiorum literarum, fideique ac diligentiæ præclarus.*

Nicolaus Heinsius ad Ovidium Tom. 1. pag. 489. *Cæterum Hieronymus Columna Commentariis ad Ennii Phagetica hoc Halieuticon Ovidii longe auctius in lucem profert, descriptum ex veterrimo, ut ait, codice a Sertorio Quadrimano. Sed nollem vir cetera naris emunctæ passus esset sibi fucum hic fieri.*

LAVRENTIVS MASSA
Venetus.

LAurentium Massam, Virum in Hebraicis versatissimum, his verbis compellat Antonius Riccobonus Epistola Præfat. in Commentarios de usu artis Rhetoricæ Aristotelis, Francof. 1595. *Ac in te quidem elucet familiæ Carisiæ, seu Carisinæ, in qua natus es, claritas, & Antonii Carisini, fortissimi ac clarissimi parentis tui, decus, qui de serenissima Rep. Veneta insigniter ac diuinitus meritus est. Tam generoso & magnanimo parente natus, in maternam præclarissimam gentem, quæ tua etiam naturaliter erat, ab auunculo tuo per adoptionem receptus es; & quidem in eam gentem, quam originem traxisse a familia veterum Masonum*

Romano-

Romanorum, vetera monumenta testantur. Primum enim dicti sunt Masones: inde Massones: postremo Massæ; ex quibus Venetias translatis Nicolaus Massa, suorum temporum Philosophus celeberrimus, te sibi filium adoptauit, bonorumque suorum ex asse hæredem fecit. Paulo post: *Et vero non solum Latinis, atque iis, quas sibi Hetrusci nunc vendicant, literis summe doctus es: sed etiam Græcis, imo vero etiam Hebræis, quarum ita intimos sensus nouisti, ut non defuerint quidam ex præcipuis Doctoribus Hebræis, quos appellant Rabbinos, qui publice confessi sint, magis tibi cognitam esse linguam Hebræam, quam sibi ipsis, & aliis, qui eam in nobilissimis ipsorum Gymnasiis, præcipueque Thessalonicensi, profiteantur. Theologiam quoque tam studiose persecutus es, ut vel ipse Antonius Massa, si reuiuisceret, Theologus præclarissimus ordinis Minorum, is qui pro Nicolao 5. Pontifice Max. Nuncii Constantinopolitani munere functus est, tibi cessurus esse videatur. Cuius notitiæ præstantia viros Græcorum sapientissimos rationibus, & veritate ipsa de fide Christiana conuicisti, & non esse ἀδύνατον ostendisti, Ecclesiam Orientalem cum occidentali, a qua illa tantopere diffidet, conciliare atque coniungere. Cum quo Theologiæ studio præclarissimum Legem studium iunxisti, atque Antonium Massam Gallesium, Juris Cæsarei ac Pontificii scientia clarissimum, egregie imitatus, dignum te reddidisti, cui supremum Legum munus in hac Serenissima Republica deferretur. Quid commemorem tuam in arte Medica excellentiam, quam præcipue professus es, ad quam in primis incubuisti, in qua natus, altus, & educatus es? Sed pro me dixerunt Capiuaccei: pro me dixerunt Argenterii: pro me dixerunt Saxoniæ, Gauassetii, Rudii, alii quam plurimi illustres Medici, qui te tanquam Medicum præcellentissimum celebrarunt. Quantum vero excellas in arte poëtica, satis declarat specimen illud pulcherrimum carminum tuorum, quod iam*

iam in adspectum hominum, lucemque prolatum est, quodque indicat, quid a te in hoc etiam genere sperari atque expectari posse videatur. Claruit A. 1587.

Testimonia de Massa.

ALdus Manutius, Pauli filius, in Orthographiæ Ratione Venetiis 1566. p. 22. *Numus areus eruditissimi hominis, totiusque antiquitatis bene periti, Laurentii Massæ, ab vno latere habet,* HADRIANVS. AVG. COS. III. P. P. *ab altero vero,* AFRICA.

Dauid de Pomis Lectori in Dictionarium Hebræo-Italicum, Venetiis 1587. *Mi è stata l' opera da molte persone dotte lodata; particolarmente da l' excellentiss. D. e rarissimo Filosofo il Signor Lorenzo Massa, non poco dotto nella lingua Ebràica, e Segretario del Sereniss. D. Venetiano.*

Leonico Goldioni p. 190. delle Cose Marauigliose di Venetia 1603. *Lorenzo Massa, Segretario dell' excellentissimo Senato mi s' appresenta auanti gli altri per le virtù che in lui regnano. Questo nelle buone lettere non pur Latine, e Toscane, ma Greche ancora e Ebree è riuscito talmente, e anco nella Poesia, nella Filosofia, nelle Leggi, e in Medicina, e generalmente in tutte l' altre scientie, che è tenuto presso i sapienti per raro. Ma specialmente nella S. Teologia egli è in maniera versato, che ha piu d' uno e de gli Ebrei, & d' altre genti conuinti con veraci argomenti ridotto alla Catolica fede, e ha mostrato chiaramente, non esser impossibile di riconciliar e riunire con l' occidentale etiandio la Chiesa orientale, nelle cose, in che tra lor non conuengono.*

MARCVS MARINVS
Brixianus.

MArcus Marinus S. Saluatoris Romæ Canonicus, deinde Abbas, scripsit Grammaticam linguæ S. Basileæ excusam anno 1580, & Antuerpiæ anno 1584. a) Scripsit etiam

a) Hanc editionem omittit *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Tomo II. fol. 1176. vicissim vero commemorat *Venetam* anni 1585. tanquam secundam, & tertiam itidem Venetam 1593.

etiam Dictionarium Hebræum cui titulus est *Arca Noë*, Venetiis editum anno 1593. b) Claruit A. 1587. c)

Variorum Testimonia de Marino & eius scriptis.

DAuid de Pomis Præfat. ad Lexicon Hebræo-Italicum, Ven. 1587. *Si labor noster mancus in re aliqua extiterit, alii perfacile supplere poterunt: Reuerendus præsertim Abbas & doctissimus Dominus Marcus Marini, qui non parum apud Latinos Hebraicam linguam illustrauit.*

Benedict Turretin dans la Defense de nos Versions Tom. 1. p. 53. *Marinus, que Coton en quelque endroit de son Liure appelle* Priscian de la Langue Hebraique, *en son* Arca Noë, *escrit que les Points sont d'ancienneté.*

Is. Casaubon.

Qui Casaubonum laudarunt.

Florens Christianus ad Aristophanis Irenam p. 77. edit. suæ: *Hoc erratum deprehensum video ab eruditissimo iuvene Isaacio Hortibono, qui Notas diligentiæ & iudicii plenas edidit in Diogenem non ita pridem, ad me nuper Lutetia missas, dum has quisquilias muginor. Neque dubito quin ex bono illo horto aliquando flores & fructus grandiores exeant, quos literatus orbis suaviter odoretur. Ita faveo studiosæ iuventuti, ut maligne laudare nesciam.*

Dionysius Gothofredus in Nomenclatore vocum Græcarum Juris, ad calcem Harmenopuli, 1587. *Breviarium Juris per literas digestum νομιμὸν κατὰ στοιχεῖον dicitur. Hac enim inscriptione laudatur in Schedis, quæ mihi præter Curopalatem, utendum, fruendum dono data ab Isacio Casaubono, amico singulari, cuius diligentiam in Laertio, peritiam totius universi in Strabone posteritas probatura est.*

Lipsius Dionysio Gothofredo, Lugdun. Bat. Id. Sextil, 1587. *Imprimis salutes Casaubonum, H. Stephani, ut audio,*

dio, generum, cuius ingenio & crescenti fama valde faveo. Placent nimis scripta eius, quæ vidi.

Theodorus Beza ad Marci cap. 5. v. 38. *Admonuit me collega meus, quem honoris causa hic nomino, & cui non pauca etiam alia debeo, D. Isaacus Casaubonus, ἀλαλάζειν & ὀλολύζειν interdum confundi.*

Henry 4e. à M. de Sully, A Monceaux le 29. de Sept. 1599. *Faites donner au Sieur de Casaubon des moyens pour s'entretenir à Paris, & y faire amener sa famille, car ie l'y ay fait venir pour remettre l'Vniversité de Paris & la faire refleurir, non pour estre pres de moy.*

J. Gillot à Scaliger, de Paris ce 21. Auril 1599. *J'ay eu nouvelles de M. Casaubon. Il est arrivé à Lyon, ou il soigne l'impression de son Athenée, & nous son voyage, sa demeure, & ne pensons qu'à l'accommoder, non comme il merite, mais comme nous pourrons.*

Le mesme au mesme, à Paris ce 7. Juillet: *C'est à ce coup, que M. Casaubon est tout à nous, & fort resolu de vivre & mourir à Paris. Monsieur le premier President * qui l'aime, comme sa vertu le merite, la logé bravement & assez pres de nous. Le Roy avantbier luy fit grand chere, luy reprochant, qu'il avoit eu volonté de le laisser, mais qu'il ne trouveroit iamais un si bon Maistre, & qui l'aimast comme luy. Qu'il vouloit, qu'il fust en sa Librairie, que celuy qui l'avoit * ne pouvoit plus vivre qu'un an. Qu'il verroit ses beaux livres, & luy diroit ce qui estoit dedans ou il n'entendoit rien. Bref il luy fit bien de la faveur & de l'honneur. Il soupa hier avec moy, qui l'ay fort confirmé, & sommes encore icy assez de gens admirateurs de luy & honorans sa vertu, pour l'asseurer, qu'il ne manquera de rien; ie suis certain, qu'il se contentera de nous. Quoy que nous puissons faire, nous ne le meritons pas, ny ne le meriterons iamais, & ie ne sçay, si la France est digne d'un tel homme, soit que l'on regarde sa doctrine, soit ses moeurs. J'auray l'honneur & le bien de le voir souvent, & profiteray en sa compagnie. Jamais ie ne me separe d'avec luy, que ie n'en vaille mieux.*

* Achille de Harlay.

* Jean Gosselin qui mourut fort âgé.

Pierre Pithou à Scaliger, ce 5. d'Octobre 1594. *On nous a dit icy, que vous moyennez de faire appeller M. Casaubon*

ou vous estes ; ce qui nous fait esperer, qu'avec plus grande commodité il fera encor davantage, & que le public vous en sera aussy redevable.

De Thou au mesme, de Paris ce 27. Octobre 1594. *Je vous ay cy devant escrit de Casaubon ; vous y devez penser ; ie ne vois personne, que vous puissiez succenturier dignement que celuy là. Vous le iugez ainsy.*

J. de Bumery au mesme, de Paris ce 28. May 1603. *J'ay veu M. Casaubon de sa grace, qui a donné au public, comme vous sçavez, les Historiens* post Suetonium, *dont nous luy sommes fort obligez, & croy, que nous le serons encore davantage veu les belles entreprises, qu'il m'a dit avoir en main. Il est allé un tour, comme il dit, en Savoye, d'ou certes ie voudrois qu'il fust d fia de retour, tant ie crains de nous voir du tout abandonnez d'hommes de lettres. Vous & luy en tenez auiourdhuy l'empire, mais à la mienne volonté que vostre siege fust en France, avec l'honneur, le rang, & commoditez, dont vous estes dignes.*

J. Gillot au mesme, de Paris ce 21. Juillet : *Nous sommes un peu en allarme d'une solicitation, que nous avons descouvert, que l'on fait pour nous distraire M. Casaubon, lequel les Jesuites apprehendent, comme l'on dit, que le Serpent fait le chant du coq. S'il nous laissoit, indubitablement nous sommes en proye à la barbarie. Sa personne seule les retient d'entreprendre sur les Livres, lesquels enfin tomberoyent entre les mains de leurs ennemis. S'il vous en escrit, persuadez-le de ne nous deshonorer pas tant. Paris n'a que cela pour se vanter, qui est un ornement de toute la France.*

De Thou au mesme, de Paris ce dernier Octobre 1595. *Je desire sçavoir de vous, si Messieurs les Estats ont point donné ordre pour faire venir le Seigneur Casaubon. Il est digne d'eux & eux seuls dignes de l'avoir.*

Le mesme au mesme, de Paris ce 14. Feb. 1603. *M de Casaubon a esté indisposé ces iours. Il n'a assez de soin de son petit corps. Je crain que ses violentes & continuelles estudes ne le laissent vieillir. Quand vous luy escrirez, ie vous suplie l'admonester, d'avoir soin plus grand de sa santé, qu'il n'a eu iusques icy. Il semble qu'il pense au Pline. Vous l'y devez confirmer.*

Mercy

Mercy de Vic au mesme : *M. Casaubon que i'ay retiré de Montpellier depuis trois ou quatre mois, & lequel i'ay mené à Paris & presenté au Roy pour le retenir en la ditte ville, avoit resolu de ne me point quitter, tant il desire avoir l'honneur de vous voir : Mais ne se pouvant promettre l'effet de son desir, pour le peu de temps, que sa Maiesté m'a accordé, il s'est arresté avec M. le President Thou, attendant mon retour, que ie pense le ramener à Lyon, pour faire imprimer son Atheneé, qui est tout prest ily a quatre ou cinq mois. Il a plusieurs autres Ouvrages prests à donner au public, desquels les premiers vous sont destinez, comme à celuy, auquel les Lettres & Lettrez doivent honneur & service.*

Fr. Vertunien au mesme, à Poictiers ce 22. Decembre 1604. *Le Seigneur du Perron se vantoit d'avoir esbranlé la constance de M. Casaubon; mais il a bien monstré par une Epistre imprimée à Paris, que ie prie M. Gillot de vous envoyer, que c'estoyent pures calomnies.*

J. Gillot au mesme, à Paris ce 30. Mars : *La renommée vous aura porté le bruit de la Dispute de M. Casaubon avec quelques uns de Messieurs nos Evesques, des Loyolites aussy, & tandem de M. le Cardinal du Perron. Quand i'arrivay icy, il ne se parloit d'autre chose, & oyois ce me sembloit desia crier devant le Palais par ces Colporteurs : La Conversion &c.* Non erant tumultus Parisiis nisi de Conversione Isaaci Casauboni. *A quoy, comme depuis i'ay connu, ils n'ont pas beaucoup profité. Et pensans pourtant y advancer quelque chose l'ont quasi piqué. Je l'ay veu deux ou trois fois depuis, & nous a fait l'histoire de tout ce qui s'y est passé, mais c'est fort peu de chose, que ce qu'ils ont tenté. Je croy, que ou il vous en escrira, ou vous en a escrit, & vous envoyera l'Epitre, qu'il escrivit à M. du Perron sur ce suiet, & pour la rumeur, qui en estoit en la ville. Gosselin, qui gardoit la Librairie du Roy, est mort, de maniere que ie croy, que M. Casaubon entre en cette charge de garde de Bibliotheque du Roy, qui est pour sa façon de vivre & son desir d'estudier, a mon advis une belle retraite. Il sera logé ou il se demande, & sçaura bien profiter des bostes, qu'il aura en garde.*

Gothofredus Jungermanus ad Hieronymi Magii Libellum de Equuleo p. 296. edit. Paris. *Ita in Athenao suo erudi-*

eruditorum Phoenix, If. Casaubonus, ὁ πάνυ, exponit; locumque commode oblatum in amici mihi viri (quod glorior certe, addideroque ideo præfiscini) istis doctis, Juppiter, & laboriosis Animadversionibus adscribo, si ullum alium, hic lubens, si modo centonibus nostris purpuram intexere fas est.

Caspar Scioppius Casauboniano nomini tunc devotus, in Lib. de Critica: *Quorum nunc merito primum laudem Isaacũm Casaubonum, hominem Gallum, qui cum in Philosophicis ac Theologicis fere sine pari excellere a doctissimis existimetur, ipse interim quamvis modestissimus, re & opere omnium, quivivunt, gloriam obscuraturus, vel omnino extincturus videtur. Quid in Strabone, Theocrito, Diogene Laertio, Aristotele, Theophrasti Characteribus, Apuleii Apologia & Suetonio præstiterit, iam decantatum est: Quid autem porro de eiusdem Athenæo, Polybio, Artemidoro, iisque, quos de Venatione Amphitheatrali & Ludis Circensibus promittit, Commentariis, sperare debeamus, quantum ea lucis optimo cuique Scriptorum veterum allatura, quantum ignorantiæ caliginem aliis depulsura sint, an cuiquam obscurum esse potest?*

Petrus Matthæus J. C. Lugdunensis, Præfat. ad Lect. in Theophrasti Characteres a Casaubono Commentario illustratos, Lugd. 1599. *In ea vero ætatis æstate, qua in publicum literarum theatrum Casaubonus productus floret, neque octavum agonem Olympium numeravit, tam uberes protulit ingenii fructus, ut ipsis legendis & colligendis innumeræ vix sufficiant Olympiades. Suis enim auspiciis tuti orbem quadrivium perambulant Aristoteles, Theophrastus, Laertius, Polyænus, Strabo, Tranquillus, Theocritus, & plerique alii classici Scriptores. Avide expectamus Athenæum, quem post Jacobi Dalechampii, Lugdunensis Medici, editionem, recudit, elimat, illustrat, & quod πάνυ πως πράξασθαι ἐυμαρὲς, intentatos calles, nullo antea tritos pede, aperit, & multa, quæ proavos latuerunt, extricat. Ita sentit nobile illud Galliæ nostræ decus Josephus Scaliger, qui nuperis literis ad clariss. de Vic, Casaubonum eruditorum Phoenicem appellat. Ita sentiunt suis elogiis præclara illa Sydera Aug. Thuanus, Petrus Faber Saniorianus, Justus Lipsius, quorum nomini totus literatorum consessus plaudit & assurgit.*

Phil.

Phil. Jac. Mauſſacus in Judicio de Plutarchi Fluviis pag. 149. 1615. *Conſilium non eſt, hoc loco Methodum componere, qua facilis ingreſſus pateat ad limina diſciplinarum & ſcientiarum omnium; Opus enim eſſet peculiari tractatione, quam forte, ſi res noſtræ nobis otium fecerint, & Deus vitam dederit, aliquando inſtituturi ſumus, quando vir ille inter eruditos præcipuus, qui eam nobis pollicitus erat, morte præventus perficere non potuit. De Iſaaco Caſaubono loquor, in cujus meſſem falcem iniecit Joh. Wouer, vir certè ingenii non vulgaris, ſed qui opus imperfectum reliquit, quamvis omne quod edidit a Caſaubono habuerit, * dum una cum eo agebat Monſpelii.*

* Mauſſaco ſuccinit Scaliger in Scaligerianis p. 266. & ſeq. *Wouverii Polymathia,* inquit, *Caſauboni eſt plagium furtum.*

Fronton du Duc Jeſuite dans ſa Refutation de la Verification de du Pleſſis p. 50. 1601. *Si du Pleſſis ne veut s'en raporter touchant ces luminaires au iugement de Lipſius, ie le preſſeray d'acquieſcer au moins au iugement d'un des Commiſſaires, deputez du Roy & de luy meſme, accordé en la Conference de Fontainebleau, le Sr. Caſaubon, lequel en ſes rares & heureuſes obſervations ſur Suetone remarque cette ceremonie comme un honneur funebre fait à un fondateur, du quel on celebroit la memoire annuelle au iour de ſon decez.*

Joh. a Wouuer Dominico Baudio, ex arce Wandesbecca 1. Kal. Julias 1605. *Mirifice me adfecit, quod de Polymathia nôſtra ſcribis. Nunquam putaram eſſe aliquid in iſto Opere, quod alii ſuum vellent. Crede mihi, mi Baudi, fama noſtra non pendet ex iſto libello, cuius reſidua pars facile probabit authorem. Non moueor, quicquid maligni de me confingant. Patrocinatur mihi innocentia mea, & noctes inexhauſti laboris conſciæ. Et ſane nunquam credidero, illum, quem in Occitania noveram, idem aſſerere, niſi forte de iis, quæ de Critica docui. Haud nego in illis non pauca, quæ de illo didici. De reliquis ne per ſomnium quidem cogitavit, nec eas Veneres propitias habet, quibus dictantibus iſtiuſmodi opus conficeret. Multa certe in illo Commentario, quæ non ſunt ſui ſtudii; multa, quæ ipſe ignorabat. Quod ſi ille huius mendacii auctor, maxime omnium mortalium mendaciſſimum intrepide pronunciabo.*

Dom. Baudius Joh. à Wouueren, Lugd. Bat. 6. Novembr. 1605. *Refrixit iam ſermo leviſſimorum hominum, qui Po-*

lymathiam tuam plagii suspicione infamabant. Casaubonus vir melior & candidior est, quam ut huius culpae insimulandus esse videatur. Misit ad me recens opus de Satyrica Poësi Graecorum &c. cum benignissimis literis, in quibus modum non tenuit circa laudes nostras. Vir ille plurima scit, pauca ignorat. Quam multa quotidie eruit, quae frustra alibi requiras!

His addam Casauboni ipsius testimonium ad Petrum Scriverium scribentis, Madriti ad Lutetiam, proprid. Kal. Julias 1604. *Laetatus sum nuper, cum viderem Joannem Wouverium, iuvenem eruditissimum, ex parte idem argumentum* (de Critica sc.) *suscepisse tractandum. Magis vero laetatus essem, si, quae paramus, omnia essent ab illo occupata, ut legitimam occasionem haberemus supersedendi ab eo labore. Quod quia ab eo factum non est, dabimus θεοῦ διδόντος operam, ut tuo desiderio quam primum satisfaciamus.*

Dom. Baudius Augustino Puteano, Hagae-Comitis 18. Novembr. 1603. *Vidi quae C. V. Casaubonus strinxit in conterraneum meum, * iure quidem, sed hominis & patriae causa, vellem parcius. Verum*

αἴκε πάθη τάγ' ἔρεξε, δίκη ἰθεῖα γένοιτο.

Aequo animo ferre debet contumelias, qui tantam sibi licentiam usurpat, omnes nullo discrimine insectandi, & quidem saepe dedita opera digreditur a proposito, ut maledicentiae telum iaciat in obvium quemlibet. Dominus Casaubonus (quantus in literis vir!) amice me invitat, γονιμῶδές τι παρακινδυνεύεσθαι, sed nimis me capit dulcedo lectionis antiquorum, ad quorum laudem quoniam pertingere non datur, animus etiam non contentus horum temporum consuetudine, a scribendo deterretur.

*Lege Casaubonum ad Hist. Aug. Scriptores p 236 239. & 565. edit. suae.

Idem eidem, Lugd. Bat. 19. Martii 1604. *Commentarios Casauboni, κριτικῶν ἀρίστου, in Persium aveo videre. Non dubito, quin pluris erunt, quam ipse, cui opera ista imputatur. Vae misero τῷ δεῖνι cui plagae in mundo sunt. Vellem tamen parcius manum inquinaret tali luto, (tecum hoc sit) si non hominis causa, qui malum sibi accersit iumento suo, saltem humanitatis & sui reverentia. Faverem vapulanti sub Aenea magni dextra, si intelligeret bona severioris disciplinae; sed utcunque est de literis meritus,*

tur, quas mala manu & pravo iudicio tractavit, cuperem præteriri silentio, & poni infra dignitatem iracundiæ. Non enim possum eierare tesseram hospitalem, qua me interdum comiter invitavit.

Joh. a Wouver in Polymathia cap. 12. *Primus Aristoteles Didascalias scripsit, ut observavit clariss. vir Isaacus Casaubonus, cuius eruditio præconium meum longe supergressa est. Equidem sæculo gratulor, quod habeat, quem antiquis opponat. Et sane, si unquam Pythagorea μετεμψύχωσις fidem invenit, quis non iuraret animam Eratosthenis, aut si quis alius eo doctrina genere clarus, in Casaubono vivere?*

Rodolphus Botereius in vita Henrici Magni, Paris 1611. p. 124. *Isaacum Casaubonum ex tot principibus viris literarum sua Bibliotheca (qua Ptolemæi Philadelphi, Ethruscam Cosmi & Vaticanam Pontificum superat) præfecit, Polybium Latine versum & defæcatum offerentem, plane regio munere prosecutus est.* *

*Adi Mercurium Gallicum To. 1. p. 378.

Gulielmus Sossius in Vita Henrici Magni, Paris. 1622. p. 138. v. *Inter eruditos, quos Lutetia fovit, fuit Casaubonus eruditione Græca, & variæ lectionis venustate laus humanæ artis; Hugonotus si quidem a Polo, vel Helice, ab Helicone non tulit repulsam.*

Jacobus Capellus in Assertione bonæ fidei adversus Rosueydum p. 18. Sedani 1619. *Cum Henricus 4. Casaubonum rogaret, quid sentiret de Baronio, de Bellarmino, respondit, ab his se plurimum confirmari. Qui tandem? aiebat Rex. Quia nihil non tueri volunt, respondit Casaubonus. Tum Rex,* Pessimum, *inquit,* factum: sed ut de his quid sentias, scripto testeris, id non fert rerum mearum status. *Hæc a Casaubono mihi tum narrata triennio circiter ante Regis mortem, mihi testis est Deus.*

Baptiste le Grain dans sa Decade de Henry le Grand, à Paris 1614. p. 429. *Mesme il avoit desia fait un grand amas de bons livres, dont il avoit fait dresser une Bibliotheque au Convent des Cordeliers sous la charge & maniment du Sieur de Casaubon, homme digne d'une telle charge, pour son grand sçavoir, & cognoissance des langues & de l'antiquité.*

Thuanus in admiranda illa Epiſtola ad Henricum Magnum, Hiſtoriarum Operi præfixa, 1601. *Pariſienſi Academiæ inſigne ornamentum addidiſti, evocato Iſaaco Caſaubono, altero huius ſæculi lumine, eique commiſſa Bibliotheca tua vere Regiæ cuſtodia.*

Deſiderius Heraldus Nicolao Brularto, Franciæ Cancellario, in Tertulliani Apologeticum Commentario illuſtratum, Pariſ. 1613. *Quanto autem ſtudio eruditos homines complexus ſis olim, hodieque adeo complectaris, teſtatur amicitia cum Juſto Lipſio, magno politioris eruditionis ornamento, civiliſſime habita, & eximia illa, qua Iſ. Caſaubonum, virum omni doctrinæ genere præſtantiſſimum, & literarum hodie facile principem perſequeris benevolentia, mihi quoque ipſi certis teſtimoniis cognita & explorata.*

Cl. Sarravius Præfat. ad Lect. in Grotii Epiſtolas ad Gallos, Lugd. Bat. 1650. *Haud ita pridem Scaligeranæ Epiſtolæ placuerunt propter ſingularem dicendi maieſtatem, cum puritate ſermonis & non vulgari doctrina coniunctam. Caſauboniana quoque auidiſſime exceptæ ſunt propter inimitabilem & facilem ſtyli extemporanei elegantiam, & inexhauſtam rerum verborumque copiam.*

H. Grotius Cl. Salmaſio, Lutetiæ 16. Maii 1637. *Videre lubebit, an non in edendis Caſauboni literis omiſſuri ſint quasdam ad me, quas pridem Puteani a me acceptas Elzeviriis dederant. Sunt enim in iis nonnulla, quæ cum illorum locorum κυρίαις δόξαις non ſatis congruunt.*

Pierre du Moulin p. 47. de la defenſe de la foy Catholique, à Geneve 1631. *Quant aux Lettres humaines, Scaliger, Caſaubon, Paſſerat, Lipſius, & pluſieurs ſemblables ſont ils ſortis de l'Eſcole des Jeſuites?*

Jacobus Capellus in Aſſertione bonæ fidei contra Jeſuitam Rosweidum, 1619. p. 17. *In Eccleſiaſtica antiqui-*

tiquitate quam non esset tyro Casaubonus, docuit anno Domini 1607. libro singulari de Libertate Ecclesiastica, cuius iam paginæ 264. typis erant edita, cum Rex Henricus 4. augustæ memoriæ, compositis iam Venetorum cum P. R. Controversiis, vetuit ultra progredi, & hoc ipsum, quod fuerat incboatum, supprimi voluit, ut eius pauca nunc extent exemplaria.

Phil. Jacobus Maussacus ad Harpocr. p. 68. *Laertii Interpretes οὐδὲν ὑγιὲς in istis. Si magnum illum Casaubonum excipias, quem præsens miratur ætas & postera cum stupore miratura est.*

Mandelslo pag. 604. du 2. Volume de ses Voyages, traduis en Fr. par Wicquefort, à Paris 1659. *Dans la partie meridionale de l'Eglise de Westmunster en Angleterre, l'on remarque les Tombeaux de Geofroy Chaucer, & d'Edouard Spenser Poëtes Anglois, d'Isaac Casaubon, & de Guillaume Cambden & de plusieurs autres personnes de grand sçavoir.*

Thomas Erpenius Academiæ Leydensis Curatoribus, in Grammat. Arabicam, Leyde 1613. *Visum mihi fuit in lucem edere breve quoddam Grammaticalium præceptorum σύστημα, quatuor fere abhinc annis hortatu clarissimi viri, eiusque linguæ & studiosissimi & peritissimi, Is. Casauboni (cui quantum habent; tantum debent Musæ meæ Arabicæ) in Gallia a me conscriptum ac congestum partim ex meis observationibus, partim ex ipsorum Arabum scriptis Grammaticalibus, quorum copiam habui ab amicis meis Stephano Huberto, Gul. Bedwello, &, cuius paulo ante memini, Is. Casaubono, qui simul atque me & Arabicæ linguæ in me desiderium novisse coepit, statim omnem mihi suppellectilem suam Arabicam ultro communicavit.*

Idem in Orationibus de Ling. Heb. & Arabica, p. 124. & seq. *Clarissimus vir Is. Casaubonus, sæculi huius insigne*

ornamentum, si vitam ei prorogasset, qui dederat, editurus erat luculentum opus de Græca lingua ex Hebræa origine, in quo clare satis & nervose (quantum ex iis, quæ multa iam & indigesta coacervaverat, iudicare ego potui) demonstraturus erat, pleraque Græcorum Themata originis Hebraicæ esse.

Petrus Cunæus lib. 1. c. 9. de Republica Hebræorum: *Ab Eusebio dissentire voluptas nobis non est, quem in maximis Scriptoribus semper numeravimus, & virum, quem nominavimus, (Is. Casaubonum) sæculi nostri primarium, qui secutus Eusebium est, ita penitus veneramur, nemo ut nobis præ illo magnus sit. Est enim is profecto, cuius auspiciis hac ætate admirabilis cursus factus est ad omnem doctrinæ excellentiam.*

Christianus Matthias in Theatro Historico, part. ultima p. 821. Amsterod. 1648. *Isaacus Casaubonus undiquaque eruditissimus Philologus, ac Græcæ & Latinæ Linguæ felix propagator, Baronii 12. Annalium Tomos Centuriis Magdeburgensibus oppositos in 16. Exercitationibus egregie confutavit.*

Caspar Barthius ad Claudianum p. 27. edit. Hanoviensis 1612. *Juvenalem cum nomino, ingens me desiderium capit Commentarii in eum Poëtam Casauboniani. Nam non ita diu est, cum nobis ab eo summo viro literæ redditæ, accuratam eius Poëtæ recensionem pollicitæ sunt. Et hunc quidem solum virum superesse puto, qui eum Poëtam condignis Commentariis enarratum dare possit. Nostra in eo opera, etsi non vulgaris esse sibi videatur, ad eum tamen ἀντίθεον ἄνθρωπον non venit. Non potui Lectorem celare hoc gaudium.*

Fr. Ogier dans sa Centure de la Doctrine curieuse de Garasse, 1623. p. R. 1. tournée: *Le Sieur Casaubon, qui outre son rare & profond sçavoir és Lettres humaines, estoit fort consommé dans la lecture des anciens Perez de l'eglise, ainsy que confesse J. Cæsar Bulenger en ses Diatribes in Exercit.*

cit. Caſ. in Baronium, eſt un petit Grammairien au iugement de Garaſſe; tellement que ce que l'Illuſtriſſime Cardinal du Perron les RR. PP. Fronton du Duc & André Sebottus, Jeſuites tres doctes, qui faiſoyent profeſſion d'amitié avec luy, ont admiré en Caſaubon, ce qui leur à fait deſirer avec tant de paſſion la converſion de cet homme, eſtoit un petit de Grammaire qu'il ſçavoit.

Le meſme au Ch. 8. du meſme Livre: *Je ſçay de bonne part que la principale raiſon, qui a retenu ce grand Caſaubon dans l'erreur ou il avoit eſté nourry, ce fut d'avoir apperçeu de pareilles fauſſetez dans quelques Docteurs modernes, qui luy firent concevoir une tres mauvaiſe opinion de la foy de ceux, qui veulent triompher de leurs ennemis à fauſſes enſeignes. Malheur à luy toutefois, de s'eſtre laiſſé emporter à une conſideration, qui devoit avoir peu de poids envers un Eſprit ſi bien fait que le ſien.*

Joſephus Scaliger ad Euſebii Chronicon pag. 107. edit. 1606. *In Excerptis Athenai indicante viro incomparabili Iſaaco Caſaubono &c.*

Idem ibid. p. 196. *De Antinoo vide quid Iſaacus Caſaubonus noſter, vir incomparabilis, in ſuis luculentis in Spartianum & reliquos Auguſtæ Hiſt. Scriptores notis prodidit. Cur enim hæc repetam, quæ ille, ut ſolet, tam accurato iudicio, tamque indefeſſa diligentia, tam feliciter diſſeruit.*

Idem ibidem pag. 206. *De Sanguinis die, qui conveniebat in 9. Kal. April. non opus repetere, quæ ab incomparabili viro Iſacio Caſaubono divinis in Auguſtam Hiſtoriam Commentariis collecta ſunt.*

Idem ibid. p. 264. *Hæc omnia Fragmenta omni laude maiora ſuperioribus diebus, iam abſoluto Canone Græco Euſebiano, a præſtantiſſimo, ſummaque eruditionis viro Iſ. Caſaubono accepimus, ut hoc eximio beneficio etiam privatim de nobis bene mereret, qui de omnibus publice mereri non ceſſat.* De eo etiam p. 267.

267. & in Prolegom. ad idem Opus. Longe plura in Scaligeranis p. 44. & seq. edit. 1667.

Daniel Heinsius *Incomparabili viro Is. Casaubono*, in Idyllia quædam Theocriti a se & Hug. Grotio Latine reddita, 1604. *Quam feliciter hæc omnia, tu iudicabis, quem incomparabilis eruditio, & harum præcipue literarum peritia in hoc theatro ἀγωνιστὴν fecerunt. Nam ut reliqua tua prætermittam, vel ante annos aliquot in Athenæo nonne omnes Aristarchos, Erasistratos, Didymum denique τὸν βιβλιολάθαν, indefesso studio, varia rerum cognitione, lectione diffusa æquasti; iudicio vero post tergum reliquisti? Illud scriptum tuum cum primum vidissem, (permitte, ut quod res est fatear) unoque ductu totum percurrissem, inter legendum sæpe stupui & defixus hæsi.* Lege quæ sequuntur.

Paulus Merula ad Ennium, Lugd. Bat. 1595. pag. 521. *De voce* Campso *plura lege apud V. Cl. Isaacum Casaubonum ad Apologiam Apuleii, cui, quicquid apud me Græcæ linguæ, lubens debeo.*

Scævola Sammarthanus in Elogio Henrici Stephani: *Reliquit moriens aliquot liberos, atque in iis Paulum domesticæ laudis æmulum, & filiam* * *Isaaco Casaubono viro longe doctissimo, Lutetiamque a Rege, ad meliores literas instaurandas nuper ascito, collocatam.*

* *Florentiam.*

Dan. Tilenus Jac. Perronio Cardinali designato, in Theses de Antichristo, Sedani 1604. *Nos vero, quibus non licet esse tam beatis, id docuit nuper eruditissimus Historiæ Augustæ emendator & illustrator Is. Casaubonus, politioris literaturæ lumen & columen.*

Joh. Drusius Is. Casaubono pag. 154. Epistol. 1595. *Ea doctrina tua est, Casaubone, ut ament te omnes, qui literas amant. Inter quos me quoque esse profiteor, quem si dignum iudicabis amicitia tua, dabo operam, ut te eius iudicii nunquam poeniteat.*

Nic. Rigaltius Lectori in Artemidorum & alios Paris 1603. *Nicephori Græci versus e duobus Codicibus deprompti: Regia Bibliotheca uno, Is. Casauboni altero, clarissimi illius & literato-*

temtorum in Gallia nostra facile principis viri, cui magnam certe pro multis emendationibus gratiam debet Artemidorus noster.

Jaques Cappel à Henry de la Tour Duc de Buillon, sur les Livreės de Babel, 1616. *Il y a plus de huit ans, que M. Casaubon m'a discouru du desir & proiet, qu'il avoit d'escrire contre Baronius. Cependant le Sieur Ferrier asseure, qu'on l'a contraint à cela.*

Joh. Bourdelotius ad Heliodorum pag. 27. 1619. *Nullus, ut hoc obiter notem, inter Athenai Libros, aeque diligentem curam ac ingenium subtile desiderat, ac liber ille tertius; multa in eo emendavit vir ille, qui libros omnes, sed tamen talem adhuc desiderat, qualem sensit Casauboni manum.*

Jehan Casimir Dauquoy de Couvrelles au 2. Volume de ses Negotiations en Angleterre, l'an 1622. MSS. *Le 13. de Fevrier nous fismes la cene, & fus traité par M. Du Pin, Gendre de Mademoiselle Casaubon, ou ie cognus le Sieur Meric Casaubon son fils, autheur du Livre intitulé* Pietas, *pour la Défense de feu M. Casaubon son Pere; il me fit present dudit Livre.*

Andreas Rivetus ad calcem Annot. in Consult. de Religione contra Grotium, 1642. *Casauboni viri doctissimi famam a calumniis Jesuitarum, qui ei obiiciebant inconstantiam in religione, purgavit doctissimus filius Emericus. Eum non satisfecisse Pontificiis argumento est, quod eius Epistola nuper Romae publice fuerunt probibita; quod per oculatum testem mihi innotuit, qui earum titulum cum condemnatione affixum vidit cippo probroso.*

Mericus Casaubonus ad Epictetum p. 87. *Quaedam ad intelligentiam huius loci b. M. Pater in Tractatu de Calceis; qui pars accuratissimi de re vestiaria Commentarii: quem iam olim, valde juvenes, apud nos extare publice professi fuimus. Eum certe viri doctissimi, qui postea hoc argumentum suscepere, si vidissent; (cuius conspectum, sed nec usum, ingenuo & erudito nemini invidimus) alibi fortasse industriam suam, qua sane non vulgaris, occupatam maluissent.*

Fr. Vigerus ad Eusebium de Praep. Evang. pag. 6. *Optime Casaubonus vir magnus, (si catholicus fuisset) legit* ἀνάπτοις.

Joh. Morinus in Exercit. Biblicis p. 89. edit. 1633. *Is. Casaubonus apud Hæreticos historiarum & linguarum cognitione celebris.*

Fra Fulgentio nella vita del Padre Paolo, in Leida, 1646. p. 207. *E veramente il Padre scriveva e riceveva Lettere da M. Gillot, Leschaffier, Servino, alcune anco da Casaubono, quando era fama costante che si facesse Cattolico.*

Vossius in Instit. Orat. part. 2. p. 214. edit. 1630. *Quam plurima Adagia nostris παροιμιογράφοις intacta suppeditant nobis Is. Casauboni in Philologum Naucratitam Animadversiones, quibus nihil hic Sol eo in genere videt eruditius.*

Paulus Stephanus Jacobo Bongarsio in Pindarum, Gen. 1599. *Nonnulla certe menda cum in margine annotata haberem, de quibus olim collatum a me fuerat cum affini coniunctissimo Isaaco Casaubono, re nuper ipsi ac recens communicata, quia mihi spem suarum Observationum fecit, sub ipsius incudem omnia remisi; quarum fruitionem lectori, ubi primum dabitur, non invidebo.*

Josias Mercerus ad Aristænetum Paris 1596. pag. 177. *Scripseram hæc, cum prodiit eruditissimi Casauboni Apologia, & in ea emendatus ille Apuleii locus: in quo iuisse in eadem omnia virum emendatissimi iudicii sane gaudeo.*

Petrus Scriverius ad Martialem Lugd. Bat. 1618. pag. 49. *Quis hodie Scaligero, Lipsio, Casaubono, & Velsero (quantis, Dî bone, viris?) defunctis, tantæ eruditionis aut spiritus, qui Columnam Antonianam divinationibus & commentariis illustrare possit? Posses tu, veterane Schotte, posses, eruditissime Grutere, posses tu Pignori.*

Idem ibidem p. 94. *De cellis servorum atriensium ac ianitorum erudite (quomodo ille aliter?) scripsit clarissimus & totius antiquitatis peritissimus Is. Casaubonus ad Suetonium.*

Des Actes de la Conference tenue à Fontainebleau entre du Perron & du Plessis; à Eureux 1602. pag. 11. *Pour ceux de la Religion pretendue reformée, Monsieur le President Calignon Chancelier de Navarre, personnage tres docte & tres iudi-*

iudicieux : & le Sieur de Casaubon Lecteur de sa Maiesté, l'un des ornemens des lettres humaines de ce siecle.

Pierre Matthieu dans l'Histoire d'Henry 4e. à Paris 1605. p. 259. tournée ; parlant de la mesme Conference : *Un Ministre bien avant dans la presse se fait faire place avec un peu d'emotion, & vient dire aux Commissaires, que la negative n'estoit pas au Grec de Chrysostome. Casaubon m'a dit, qu'il avoit l'oeil sur ce passage, & tenoit le livre en main, quand ce ieune homme fit cette saillie, & qu'en luy monstrant ce, qu'il nioit, il se retira teste baissée.* Du Perron dans les Actes de cette Conference p. 64. de l'edition 1602. conte la chose autrement.

Joh. Seldenus Præf. ad Lect. in Syntagmata de Diis Syris, Lugd. Bat. 1629. *In V. Cl. Is. Casauboni τῦ μακαρίτυ libris, quos habet Bibliotheca ad D. Jacobi Regia, exemplar libri tertii Semestrium Pet. Fabri repertum amicissime ostendit mihi V. Cl. Patricius Junius.*

Idem in Vxore Ebraica, 1646. p. 105. *Vir summus Is. Casaubonus in Collectaneis de re vestiaria MSS. πίλοι, inquit,* Escarpins, Impilia ; *qua Collectanea mecum perhumaniter communicavit vir doctissimus pariter & optimus Mericus Casaubonus, tanto patre filius undiquaque dignissimus.*

Idem Lib. 2. de Synedriis Hebræorum, 1653. pag. 723. *Reperi in Adversariis viri prastantissimi Is. Casauboni, qua in Baronium instituta, necdum edita, mecum communicavit dignissimus paternarum virtutum & eruditionis hares, Mericus Casaubonus, notam de Laicorum parili ligandi & solvendi potestate.*

Joh. Boisius ad Chrysostomum edit. Savilianæ pag. 39. *Observatum hoc idem est & eruditissimo Casaubono nostro, (noster enim iam est, non usu solum, sed nexu, &, ut spero, semper erit) Comment. ad Theophrasti Charact.*

George Thomson p. 486. de la Chasse de la Beste Romaine, 1611. *Pour expiation aussy des pechez, les Payens se veautroyent en la boue, comme a remuarqué M. Casaubon tres docte personnage* (in Pers. Sat. 2.) *des escrits d'Aristides, & appelloyent cela πηλῶσϑαι τῷ ϑεῷ, s'embourber à l'honneur de Dieu.*

Jehan Besly dans sa docte & curieuse Histoire des Comtes de Poictou, à Paris 1647. pag 56. *Le feu Sieur Casaubon, personnage d'immortelle memoire, s'est le premier apperçeu de cette affectation d'Eginard, à se rendre serf imitateur de Suetone, non seulement au langage, mais aussy aux choses.*

Salmasius Præf. ad Lect. in Hist. Augustæ Scriptores, Paris. 1620. *Videbam incomparabilem virum & sæculi sui decus immortale, Isaacum Casaubonum, nunquam sine laude nominandum, nunquam satis laudatum, summa ingenii fama, non minore doctrina, feliciter iam spartam istam exornavisse, atque adeo numeris omnibus absolutos in hanc historiam Commentarios edidisse, ut post talem ac tam accuratum tanti viri laborem nihil agendum cuiquam, quantumvis diligenti, superesse posset, nisi siquis quod aiunt, actum agere vellet.*

Fed. Morellus Lectori in Philostratum, Paris. 1608. *In primis V. C. Is. Casaubonus, identidem a nobis consultus, ubi in hoc authore dignus vindice nodus occurrebat, ex incertis certos, compotesque consilii, ut Pythius quidam, reddidit; & è Bibl. Regia, cuius vigil Carthophylax est, benigne nobis suppeditavit Codices MSS.*

Dan. Heinsius in Apologia contra Croium, Lugd. Bat. 1646. pag. 58. *Quis quantusque vir Casaubonus fuerit, nemo hac ætate ignorat. In quo varia ad miraculum usque eruditio, etiam Baronii (quod testari possumus) amicos in admirationem pertraxit. De quo viro, ut ex senioribus audivimus, cum honore ac veneratione semper loquebatur magnus Scaliger. Quis enim, ut omittam cætera, quæ in Athenæum, in Suetonium, Polybium aliosque scripsit, non cum admiratione legit?*

Balzac dans ses Entretiens, p. 120. de l'edit. de Hollande: *Nous pourrions nous servir du mot de Satire; & nous nous en servirions en sa premiere signification, si la France estoit assez docte pour nous entendre, & si le peuple avoit leû les Livres de Casaubon.*

Christianus Becmanus in Exercit. Theologicis contra Socinianos, Amstelod. 1643. p. 462. *Interim quam in declaranda historia circumstantia, articuli valeant: non ego di-*

cam,

cam, sed Casaubonus : Casaubonus, qui non modo multiplici rerum scientia, sed etiam variis linguis, & inter has Graca quoque pectus gestavit perpolitum, ut cum multis antiquioribus & quidem patria Gracis, Gallus certare visus sit. Huic tanquam peritissimo artifici, pra aliis umbris merito debetur fides. Laudatur etiam p. 134. ejusdem Operis.

Mericus Casaubonus ad Laërtium p. 14. *Typis excusus non semel in lucem prodiit liber hoc titulo :* Aristot. lib. 15. de secretiore parte divinæ sapientiæ secundum Aegyptios. *Nec defuere qui pro genuino Aristotele haberent, & ut aliis ita persuaderent, multis argumentis pugnarent. De his Libris b. m. parentis If. Casauboni judicium accurate scriptum Lectori fortasse non nolenti libens impertirer, nisi id genus plura, iusto volumini (Deo volente) reservarem.*

De eodem Seldenus in Mari clauso p. 67. edit. 1636. Dumbarus in Epigr. bis aut ter ; Lud. Crocius in Instructione de ratione studii Theologici ; Boxhornius Epist. Præfat. in Suetonium, & in Notis pag. 565. & 576. Idem Epist. Præfat. in Hist. Aug. Scriptores ; Scioppius Suspect. Lect. lib. 1. Ep. 19. ut lib. 2. Ep. 2. & 14. Lipsius in Epistolis non semel : Adamus Abrenethæus p. 73. Parnassi Monspeliensis 1609. Joh. Meursius in Exercit. Criticis part. 1. p. 152. Andr. Schottus ad Proverbia Gr. pag. 437. Dan. Heinsius in Poëmatibus, ad Theocritum pag. 377. ad Horatium pag. 105. 106. ut pag. 16. 129. Differt. de Satyra Horat. & in Exercitationibus Sacris sæpissime ; Hieronymus Commelinus Epist. Præfat. in Ocellum Lucanum ; Maussacus Præf. in Harpocrationis Lexicon, in Dissertatione Critica ei affixa pag. 315. 319. 326. & 229. Notarum ; Bourdelotius ad Heliodorum pag. 41. 67. & 111. Balzac à Chapelain liv. 4. Lett. 12. Scaliger in Epistolis & alibi ; Baudius & Rapinus in Poëmat. Petrus Neveletus in funere P. Pithoei p. 26. Richardus Montacutius ad Gregorii Nazianzeni Orationes in Julianum, non semel ; Christ. Justellus ad Canonum Ecclesiæ Cod. pag. 203. Anonymus Author ad Optatum p. 260. edit. Paris 1631. Balforeus ad

Cleomedem pag. 194. & 258. Lud. Nonius in Hispania c. 17. Jac. Focanus in Differt. de studiis instituendis; Fronto Ducæus Lectori in Chrysost. Orationes, Par. 1609. Jul. Cæsar Bulengerus in Opere de Theatro p. 222. v. Beza ad Act. 6. 7. 10 33. & 17. 16. Keckermannus in Comment. de natura & propriet. Historiæ p. 31. Barthius in Petronium p. 740. edit. Lugd. 1615. Rittershusius ad Phædrum p. 120. & ad Salvianum pag. 259. edit. 1623. Fr. Douza ad Lucilii Relliquias pag. 118. Grotius in Pietate Ordinum Hollandiæ pag 61. & ad Stobæum pag. 528. & 563. Des. Heraldus ad Jamblichum p. 171. Joh. Rodolphus Lavaterus in Tract. de Descensu Christi ad Inferos p. 555. Colvius ad Apuleium sæpe; Andr. Rivetus in Critico S. pag. 354. edit. 4°. Dempsterus in Indice Autt. in Antiq Romanas Rosini; Spanhemius in Dubiis Evangelicis passim; Petrus Gruterus in Epistolis p. 14. Gronovius in Comment. de Sestertiis p. 546. Nansius ad Nonnum in Johannem pag. 115. & 130. Joh. Pricæus ad Apuleii Metamorph. p. 21. 104. & 538. Pet. Molinæus in Hyperasp. pag. 458. edit. Gen. Andr. Rivet dans la Defense de la Preface du Mystere d'Iniquité p. 500. Freinshemius ad Florum pag. 150. edit. suæ; Christ. Colerus ad Tacitum p. 539. edit. Paris. Acidalius ibid. pag. 572. Stuckius in opere de Sacris & Sacrif. Gentilium p. 141. Popeliniere dans l'Histoire des Histoires pag. 82. & 314. Seldenus in Syntagm. de Diis Syris p. 130. edit. 1629. Croius in Observat. Sacris ad N. T. pag. 37. & 136. Samuel Petitus in Variis Lectionibus p. 82. Lud. Septalius in Problem. Aristotelis, To 2. pag. 116. Savaro ad Sidonii Carmina p. 15. & 136. Epist. Seberus Lectori in Pollucem; Vossius in Variis Scriptis; Gatakerus in Cinno pag. 245. & alibi; Bongarsius in Epistolis pag. 136. & 321. Scultetus Tom. 3. Medullæ Patrum pag. 245. Camero in Operibus p. 23. edit. 1642. Lud. Capellus in eius Vita, in limine; Meursius ad Lycophr. p. 128. 205. & 218. Drusius in Præteritis p. 86. Adolphus Vorstius in Cunæi Laudat. Frid. Lindenbrogius ad Terentium; & alii numero pene infiniti.

Qui

Qui Casaubonum reprehenderunt.

PHil. Jac. Mauſſacus ad Plutarchum de Fluviis pag. 216. & ſeq. *Porro, ut hoc dicam aliud agendo, multa in Caſauboni Exercitationibus contra Annales Eccleſiaſticos legi, quæ nimium properantiam arguant, nemo qui eas legerit dubitabit.* In ſequent. hoc probat uno tantum exemplo.

Idem ibid. pag. 218. *Velim autem ſcias (Lector Benevole) me nullo vanæ laudis, aures mortalium titillantis, deſiderio hæc in magnum illum virum* (Caſaubonum) *pro Card. Baronio & Lipſio obſervaſſe, ſed amore veritatis tantum incenſum, & cupidine Eccleſiæ Romanæ, quæ vera Eccleſia eſt, auctoritatem defendendi, quam ultimo illo ſcripto ſuo vehementius præter morem impetiiſſe videtur. Ingenium, mores, & doctrinam illius viri ſemper magni feci, religionem nunquam guſtavi, abſit in eius chariſſimos manes inſultandi mihi fuerit animus, quinimo, ut eum Virum tanquam διδάσκαλον colui, ita μακαρίτην amare pergo.*

M. Godeau dans la Préface de ſon Hiſtoire de l'Egliſe : *Caſaubon, qui eſtoit un homme habile, devoit traiter Baronius avec plus de civilité, luy qui ne nomme iamais Scaliger que* ce divin homme, *& ſe contenter, de le reprendre ſur les choſes, ou il croyoit, qu'il s'eſtoit trompé, ſans le vouloir faire paſſer à tous momens pour un homme, qui n'avoit nulle belle literature. S'il avoit entrepris une carriere auſſy longue que la ſienne, nous verrions, s'il n'y auroit point fait de faux pas. Ses Exercitations en ont fait naiſtre d'autres, on a trouvé iuſtement dequoy cenſurer dans ſes Cenſures; & par là on void, qu'en ces matieres, il n'y a rien, qui ne puiſſe eſtre defendu & attaqué avec une probabilité preſque égale, ſur tout pour les dattes du temps.*

Joh. Dartis in A[redacted]ſionibus ad Baronii Annales A. 1616. *Ex his pate[redacted] falli ſapiſſime, aut fallere poſſe Caſaubonum, qui ſuo, non cæleſti, ſpiritu plenus, alio ſcripturam ſacram traduxit, quam digitus Dei ſcripſerat, ſuper quo doleo, quod non poſſim brevi mora precari, ut in pace quieſcat; iudicium namque quod ſcripſit Deus de illo, ſcripſit.*

Richardus Smithæus Præf. ad Lect. in Lib. de Auth. & essentia Protestanticæ Religionis, Paris 1619. *Casaubonus aliquando dixit (uti mihi vir fide dignissimus D. Flavignius, qui eum audivit, retulit) quod dum Card. Bellarmini Disputationes legebat, de omni religione dubitare incipiebat: Dum vero Card. Baronii Annales evoluebat, sensim ad Papisticam fidem amplectendam se impelli sentiebat.*

Nicolas Coeffeteau dans sa Préface sur l'Examen du Livre de du Plessis contre la Messe par Du Perron, 1618. *Le Sieur Casaubon mesme, estant entré en Conference avec luy, pour avancer sa Conversion, que nous avons veuë à sa veille, admira tellement cet Ouvrage, qu'il protesta n'avoir iamais rien veu de si docte, de si eloquent, de si solide & de si puissant pour renger une ame au party de la verité; & pour ce suiet il se mit au rang de ceux, qui le suplioyent & le coniuroyent, de le laisser sortir en lumiere; Voire mesme il en a fait un tel estat, qu'il en a transcrit un grand nombre de passages & d'Observations, qu'il a inserées dans ses Exercitations contre cet excellent Annaliste de l'Eglise, le tres illustre Cardinal Baronius.*

Heribertus Rosweydus in Lege Talionis contra Casaubonum, 1614. p. 131. & seq. *Memini Lipsium, cum tuos* (Casaubonum alloquitur) *in Suetonium Commentarios legeret, non semel miratum, quod plerque sua in scholis dictata legeret. Merito ille suspicari poterat, a quo ea esses mutuatus, cum tot Franci eius tum Leydæ tum Lovanii auditores fuerint. Sed noluit vir modestus suspicionem suam publice proponere, noluit te traducere, auditorum suorum testimonio contentus. Meminere huius Lipsianæ querelæ, quotquot in familia Lipsii vixere, ac inprimis Job. Wouverius, Senator Antverpiensis, qui non minorem a Lipsio doctrinam quam m*[redacted]*hausit.*

Phil. de la Ma[redacted]acobi Guyonii & fratrum Vita, Divione 1658. *Vltimum mihi commemorandus venit Isaacius Casaubonus, Claudii Salmasii interventu, Guyonio conciliatus anno* 1606. *loci Aristotelici occasione, quem a Guyonio illustratum suis in Athenæum Commentariis inseruit, ne nominato quidem, a quo illum habebat, Guyonio, quod tamen ab eo nunquam ægre latum*

latum est, cum sua parum interesse diceret, si obscurissimi loci interpres non fuisset laudatus, modo illa qualicunque opera res literaria frueretur.

Pierre Matthieu dans l'Histoire d'Henry 4e. à Paris 1605. p. 262. & suiu. *La Conference de Fontainebleau fut suivie quelques mois apres de la Conversion de l'un des Commissaires la Canaye, President en la chambre de Castres. On tenoit que Casaubon, aussy l'un des Commissaires, suivroit le mesme chemin, comme on dit que la Perche suit le Negroeil. Il ne laissa pas long temps le monde en cette opinion, ayant écrit * au Synode des Ministres assemblez à Gergeau, qu'il n'estoit pas si malheureusement instruit en pieté, qu'à faute de cognoistre la verité, il se laissast emporter à chasque vent de doctrine. Comme le Synode s'esjouit de la constance de Casaubon, il se met en colere contre la Metamorphose de Canaye, & respondant à la Lettre du premier, y adjouste cette exclamation contre le second:* O luy miserable, qui a racheté par la perte d'une solide felicité, la masquée infelicité de ce monde, & qui perira en suite & en sa vie & en sa veuë, sinon que finalement par resipiscense il recognoisse, qu'il n'a pas avec la raison perdu le sens, mais plustost sans raison est devenu fol. Dieu par sa misericorde vueille avoir pitié de luy, & luy doint la grace de si bien pleurer ce qu'il a commis, qu'il ne commette plus chose, qu'il faille pleurer.

* Extat Epistola inter editas.

Fronto Ducæus ad Basilium Magnum, Paris 1618. pag. 25. *Hac & alia eiusmodi colligebamus ad tuendam versionis huius emendationem in Elencho errorum Phil. Mornai a nobis vernacula lingua edito ante annos* 18. *Quod idcirco moneo, ne quis forte existimet, hac a nobis fuisse decerpta è novis Exercitationibus Is. Casauboni, Exercit.* 16. *num.* 33. *cui cum talia multa illustrissimus Cardinalis Perronius loca Patrum indicasset, cum illi, tum nobis sæpe professus erat, se de Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti veritate cum Ecclesia Romana sentire, ac fidem dederat, se Calvinianis erroribus nuntium proximis feriis Pentecostes remissurum; sed nimirum aliquando & coelum & animum mutant, qui trans mare currunt: Vtinam non coelos & animas sæpenumero perdant. Hic ego tamen facere non possum, quin mirari me tester ac miserari hominis*

minis cacitatem & inconstantiam, qui cum ad huius illustrationem loci tam multa Patrum testimonia congessisset, ex quibus constat, illos existimasse, Christi verba ex Evangelistarum libris deprompta pronunciari debere, cum Eucharistia consecratur: tamen in templum a musao discedens in verba Calvini iuraret, & ordinem administrationis Sacramentorum ab eo traditum observaret.

Inter Arminianas Epistolas, Amstelodami excusas A. 1660. legitur Colloquium Gallicum Vtenbogardi cum Casaubono, Lutetiæ Parisiorum habitum, A. 1610. in quo multa a Casaubono (nisi nos fallat Vtenbogardus) paulo inconsideratius dicuntur.

De eodem Carolus Scribanius, per Anagrammatismum Clarus Bonarscius, in Amphitheatro honoris; Jul. Cæsar Bulengerus in Diatribis pro Baronio; Andreas Reuchlinius in Epist. Arminianis p. 422. & seq. Gabriel Sionita & Johannes Esronita Præfat. in Geograph. Nubiensem; Vossius in opere de Histor. Gr. pag. 76. 150. 474. & 528. ut in Lib. de 4. Artibus popularibus p. 93. & in Tract. de Poetices natura p. 73. Jac. Ouzelius ad Minutii Octavium pag. 47. Salmasius ad Solinum p. 1142. ad Historiæ Aug. Scriptores non uno loco, in Epistolis p. 242. & alibi; Seldenus in Syntagm. de Dis Syris p. 228. & 240. Rutgersius in Variis Lectionibus p. 92. Erycius Puteanus in Stricturis; Balzac dans ses Oeuvres Diverses pag. 149. de l'Edit. des Elzeviers; Scioppius, & alii permulti.

MARIVS SCHIPANVS.

Circa annum 1615. Neapoli claruit Marius Schipanus, Academicus Humorista, vir Arabice doctus, ut liquet ex Itinerario Orientali Petri à Valle (de quo infrà) ei dicato, a)

Caspa-

a) Vide *Nicol. Toppii* Bibliothecam Neapolitanam p. 207. ubi epitaphium eius, quod ipse sibi vivus fecit, ex Caroli de Lellis Neapoli Sacra Part. II. f. 282. affertur. Id vero præfert an. 1650. quo scilicet fatis cessisse videtur. A poëtica facultate eum laudat P. *Alois* in Centuria V. Epigrammatum suorum fol. 447.

Caſparus Bartholinus Epiſt. Præfat. ad Lect. in Inſtitutiones Anatomicas, 1610. *Tu, Jaſoline celeberrime, una cum Mario Schipano, Philoſopho & Medico inſigni, in Academia Neapolitana vobiſcum Bartholinum liberaliter detinere, ut ſectiones humanorum corporum inſtituerem, voluiſtis.*

BERNARDINVS BALDVS, *Vrbinas.*

NAtus eſt Bernardinus Baldus Vrbini anno 1553. b) è nobili familia Cantagallina, inter Peruſinas illuſtri. In Matheſi docentem audivit Federicum Commandinum; imo quinquennio ei adhæſit. Eo mortuo ſymmyſta uſus eſt Guido Vbaldo è Marchionibus. Anno 1586. factus eſt Guaſtallæ Abbas. Vir fuit non ſolum Matheſeos univerſæ peritiſſimus; ſed etiam (ut Germanicam, Gallicam & Slavonicam linguam omittam) Latine, Græce, Hebraice, Chaldaice & Arabice doctiſſimus. c) Scripſit librum de Tormentis bellicis & eorum inventoribus: Commentarium in Mechanica Ariſtotelis: de verborum Vitruvii ſignificationibus: de eiusdem ſcamillis imparibus: novæ Gnomonices libros 5.: horographium univerſale: de firmamento & aquis: paradoxa Mathematica: templi Ezechielis novam deſcriptionem: Vitas omnium Mathematicorum, partim a Thalete usque ad Chriſtum; partim a Chriſto ad ſua usque tempora. d) Obiit anno 1617. dd) cum

b) Diem VI. Junii natalem, diem X. Octobr. emortualem habuit, teſte *Creſcimbenio* in Commentario ad Hiſtoriam Poëſeos vernaculæ Volum. II. lib. IV. p. 208. ſq. *Balius* obitum ejus in XII. Octobr. refert.

c) *Sedecim* linguarum, nominatim Hebraicæ, Chaldaicæ, Hetruſcæ, Græcæ, Latinæ, Arabicæ, Perſicæ, Sclavonicæ, Turcicæ, Germanicæ, Hungaricæ, Hiſpanicæ, Gallicæ Provincialis antiquæ, veteris item Siculæ & Toſcanicæ notitiam ei tribuit *Creſcimbenius* l. c. *duodecim* vero Epitaphium apud Nicol. Comnenum loco mox citando.

d) In commentando tum fuit aſſiduus, ut centum ejus ſcripta tum edita tum non edita vidiſſe ſe teſtetur Creſcimbenius. In epitaphio octo & quadraginta ingenii monumenta dicitur reliquiſſe.

dd) *Nic. Comnenus* eum anno 1597. ætatis 65. deceſſiſſe ſcribit Tom. II. Hiſtoriæ Gymnaſii Patavini p. 257. Epitaphium, quod ibidem legitur,

cum diebus 40. vehementi catarrho laborasset. Plura Fabricius Scharloncinus in Baldi vita. e)

Testimonium de Baldo & eius scriptis.

ALessandro Giorgi nella vita di Herone, eius Spiritalibus præfixa: In Vrbino 1592. *In breve usciranno in luce le vite de Matematici illustri, descritte amplamente e con molta diligenza e studio; fra le quali sara quella del presente autore, dove si vedera raccolto, quanto in materia tale si poteva desiderare; opera del nostro Signore Bernardino Baldi, dignissimo Abbate di Guastalla, della dottrina ed eccellenca del quale oltra la fede, che fanno li scritti, fino al presente da lui publicati, faranno anco maggiormente, che tuttavia compone.*

FRANCISCVS MARTELOTTVS, *Martinensis.*

FRanciscus Martelottus, Sacerdos Theologus Clericorum Regularium Minorum, linguæ Arabicæ Institutiones scripsit, Romæ apud Stephanum Paulinum excusas, anno 1610. f) Claruit eodem anno. g)

FRAN-

annum emortualem non memorat, annum vero ætatis 65. itidem definit.

e) Plura suppeditabunt præter *Crescimbenium*, qui vitam eius sperare iussit, *Janus Nicius Erythraus*, in Pinacotheca Parte I. pag. 4. *Ghilinus* in Theatro Virorum illustrium Vol. II. p. 43. *Petrus Balius* in Dictionario Tom. I. p. 460. seq. & *Nicol. Comnenus Papadopoli* in Historia Gymnasii Patavini, Tom. II. p. 257. sq. Vide quoque V. C. *Justum Fontanini*, in Antiquitatibus Hortæ lib. I. c. VII. §. 1. ubi & epistola nostri Latina de asse sive pondere Etrusco extat.

f) Titulus libri rarissimi hic est: *Institutiones Lingua Arabica, tribus libris distributa, in quibus uberrime, quacunque ad literas, dictiones & orationem attinent, explicantur.* Rom. 1610. 4. pagg. 481. *apud Stephanum*, (non *Josephum*, ut apud Toppium legitur) *Paulinum.*

g) Obiit Romæ 1618. ætatis 50. si credimus *Toppio* in Bibliotheca Neapolitana pag. 94. Videtur tamen dubitandi causa ex eo subnasci, quod Grammatica illa Arabica, quæ anno 1610. demum lucem vidit, Dedi-

FRANCISCVS DONATVS,
Romanus.

FRanciſcus Donatus, ordinis Prædicatorum in Conventu S. Mariæ ſuper Minervam, tres Hebrææ linguæ Tractatus Romæ edidit, inſcriptos *Poma aurea*, h) de quibus in hæc verba ad Buxtorfium Patrem ſcribens: *Tres linguæ Heb. Tractatus edidi, quorum unus eſt de Accentibus, alter de Abbreviaturis, tertius doctrinam Chriſtianam, Hebræo ſermone conſcriptam, variasque ſacrarum rerum verſiones complectitur, quæ omnia cum currente calamo ſuccincteque perſcripſerim, tum etiam propter Typographi avaritiam, ne in magnum volumen excreſceret, tum etiam propter temporis inopiam; eruditiſſimis doctiſſimisque tuis notis ac Commentariis te ea illuſtrare ſummopere cuperem, cum te doctiſſimum virum toto terrarum orbe cognitum ac perſpectum eſſe cognoſcam, tuamque doctrinam imo teipſum unice diligam. Nec me latet, quamplures te in lucem dediſſe libros, omni ſcientia & eruditione refertos, quorum aliquos hic Romæ vidi, in quibus emendis nulli pretio pecuniæve peperci, ac eis ſummoperè delectatus, tanquam Theſaurum eos apud me aſſervo.* Claruit A. 1620. i)

MARIVS DE CALASIO,
Samnis. k)

F. Marius de Calaſio Monachus, Dictionarium Hebraico-La-

cationem Paulo V. P. M. inſcriptam, ſub Auctoris nomine exhibet, ſicut nec ex ſubjectis cenſuris obitus ejus colligi poteſt.

h) Prodiit liber tripertitus Romæ 1618. iterumque 1623. in 4. de quo plura ſcripſi in Bibliotheca Hebræa Vol. III. p. 952.

i) Vitam finiit an. 1635. quo, ab Indis & Chinenſibus Goam reverſurus in itinere à Mauris capite truncatus eſt. De reliquis, ad noſtrum pertinentibus, conſulendi fuerint *Proſper Mandoſius* in Biblioth. Romana Centur. IV. num. XCIX. *Fontana* de Provincia Romana Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 482. b. inprimis autem VV. CC. *Jac. Quetif* & *Jac. Echard* in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Prædicatorum Tom. II. pag. 481. ſqq.

k) Marius à Calaſio, à nativo oppido, quod inter Samnitum montana non longe diſtat ab Aquila civitate, ita cognominatus, adoleſcens Fra-

Latinum l) scripsit, Romæ anno 1617. excusum; itêm Concordantias Hebræas, de quibus sic Buxtorfius Junior in Consilio de studio Heb. utiliter instituendo: *Anno* 1621. *Romæ prodierunt Novæ Concordantiæ Hebrææ* m) *cum interpretatione locorum Latina ad latus posita, authore R. P. Doctore F. Mario de Calasio ord. Min. Observ. Prov. Romanæ, linguæ S. Professore. Hæc editio pretii & molis est nimis grandis, ut non a quovis comparari possit, neque ad scholasticum usum ita est accommodata; quatuor enim integros Tomos in folio conficit. Per cætera Opus splendidissimum, laboriosissimum & utilissimum.* Obiit anno 1620. septuagenarius. n)

ROBERTVS BELLARMINVS, *Politianus.*

NOn est hoc loco prætereundus Robertus Bellarminus, quippe qui linguæ sanctæ Institutiones scripserit Antverpiæ o) primum vulgatas anno 1606. dein Genevæ, ac tandem Lutetiæ Parisiorum anno 1622. cum Simeonis Muisii Notis. Plura de Bellarmino aliisque eius Operibus Jacobus

tribus Min. de observantia se mancipavit, ubi plurimum profecit, præcipue in studiis linguæ Sanctæ, in quibus adeo excelluit, ut Paulus V. tunc Pontifex Maximus, Generalem in urbe Sacri idiomatis Magistrum instituerit, Doctorisque privilegiis & titulo decorarit. Obiit septuagenarius, & ultra, IX. Kal. Februar. an. 1620. sepultus Romæ, in Conventu Aracoelitano. *Ita de nostro* Imbonatus in Biblioth. Latino-Hebraica, ubi & scripta ejus diligentius recensentur.

l) Prodiit Romæ 1617. in 4 cum interpretatione Latina & Ital. apud Stephan. Paulinum. pp. 128. *Colon.* 1640. recusum, quemadmodum *Canones generales Linguæ S.* quos alii Grammaticam Hebr. appellant, Romæ anno 1616. in 4. lucem viderunt.

m) Constant quatuor in folio voluminibus, de quibus legi meretur *Richard. Simon* in Bibliotheca Selecta Tom. I. p. 258.

n) Præter *Waddingum* in Scriptoribus Ordinis Minorum nostri cum laude frequenter meminit *Bartoloccius* in Bibliotheca Rabbinica Magna, v. c. Parte III. p. 916. & Parte IV. p. 199. & 499.

o) Prima editio *Romæ* curata est 1578. in 8. quam plures aliæ secutæ sunt, *Antwerpiensi* illa anni 1606. priores. Vide quæ de iis scripsi in Bibliotheca Hebraica Vol. II. p. 601.

bus Fuligattus in eius Vita Italice ſcripta, & a Petro Morino Jeſuita Gallice verſa, p) Obiit Romæ anno 1621.

Teſtimonia de Bellarmino & eius ſcriptis.

SEb. Verronius in Chronico p. 476, Frib. 1599. *Rob. Bellarminus, Politianus, Societatis Jeſu Theologus, Eccleſiæ Catholicæ unus inſtar omnium adverſus omnes hæreſes propugnator inſignis; linguarum variarum peritia, divinarum literarum ſana intelligentia, Sacræ Theologiæ acumine, Sanctorum Patrum abſoluta lectione, tam egregie inſtructus, ut ſingulari dexteritate veritatem confirmet ſimul & errores convellat; pietate ipſe alioquin & vita ſimplicitate modeſtiſſimus, quæ cauſa eſt, cur cum hoſte acerbo & vafro ſæpe mitius quam preſſius agat.*

Sim. Muiſius Epiſt. Præfat. in Rob. Bellarmini Inſtit. Hebraicas; Lut. 1622. *Audiebam ipſum Cardinalem Bellarminum, cui harum Inſtitutionum Exemplar Geneven ſe inemendatum diſpliceret, ut alibi potius terrarum ac præſertim Lutetiæ typis mandarentur, &, ſi neceſſe eſſet, notis illuſtrarentur, ſummis votis ſæpe exoptaſſe, idque literis ad R. P. Sirmondum ſcriptis non multo ante mortem ſignificaſſe.*

Scaliger in Scaligeranis 1667. p. 29. *Bellarmin n'a rien ſceu en Hebreu, pour en faire eſtat. On dit qu'il a fait une Grammaire, qu'on dit eſtre bonne. Quand on me donneroit un Bellarmin, ie n'en voudrois point, parce qu'il taſche d'esblouir les yeux des Lecteurs. Bellarmin eſtoit auſſy ſur le roole pour eſtre Pape. Bellarminus nihil eorum credit, quæ ſcribit. Plane eſt atheus.*

Fra Fulgentio nella vita del Padre Paolo, in Leida 1646. p. 47. *Conobbe e preſe ſtrettiſſima familiarità col Padre Bellarmino ch'interveniua nell'iſteſſe, e fu poi Cardinale, e duro l'amicitia fin' al fine della vita.*

Idem p. 49. & ſeq. *Trovoſſi il Padre nella diſcuſſione della*

p) Adde ejusdem Vitam à *Frizonio* gallice ſcriptam, & Nanceji anno 1708. 4. editam, de qua quid habendum ſit, ex *Jac. Bernardi* Novis Reipubl. Literariæ anni 1709. p. 461. ſqq. & 526. ſqq. intelligetur.

della materia, s'el Duca di Gioiosa Capucino era dispensabile, nella quale da chi volse adulare furono dette tante essorbitanze dell' illimitata potestà, anzi omnipotentia pontificia, che il Padre Bellarmino con voce sommessa disse al Padre, Questo sono le cose che hanno fatto rivoltar la Germania, e faranno l'istesso alla Francia e altri Regni. De eo etiam p. 127. & alibi.

Gassendus in vita Peireskii, p. 22. edit. Hagiensis: *Anno* 1601. *vivebat Neapoli foemina quadam sanctitate institutoque vita illustris. Ea Romam accita a tempore usque Gregorii* 13. *& ab optimo Bellarmino examinata, probataque, dicebatur rapi in eam exstasin, statim ab assumpto Eucharistico Sacramento, ut, quemadmodum genuflexo erat, ita immota rigidaque, stipitis instar, consisteret, oculis apertis nihil conspiceret, toto corpore nihil plane sentiret.*

Idem pag. 24. *Cum, inquit Pinellus, summus Pontifex anno* 1598. *venisset Ferrariam, dignati sunt Baronius & Bellarminus me invisere; sed tacitis nominibus habituque dissimulato, adeo ut se Presbyteros simpliciter asseverarent. Ipse ex eorum Iconibus, qui viri essent, statim agnovi: sed fingens tamen me ignorare, in eam Musai partem deduxi, in qua virorum illustrium, ac ipsorum specialiter, imagines erant conspicua. Ostensa autem Baronio Bellarmini effigie, Num hac imago, inquam, ó bone, socium istum tuum repraesentat eximie? & ostensa Bellarmino, qua Baronii aderat; Num hac quoque, inquam, socium istum tuum exquisite refert? Ac tum illi delusos se, cum deluderent, agnoscentes, in amplexus prolapsi sunt.*

Idem pag. 114. *Anno* 1621. *Roma contigit mors Card. Bellarmini, qua inaudita Peireskius nonnihil conturbatus fuit; consolationem tamen cepit ex opinione prahabita, & subsequuta statim fama admirabilis sanctitatis.*

Filippo de Rossi nel Ritratto di Roma moderna 1645. p. 394. *Nella Chiesa di Giesu, alla parte destra dell' altar maggiore riposa nella sepoltura che fu gia di S. Ignatio, un suo figlivolo degno di tanto Padre, il Card. Bellarmino noto al mondo per la sua gran dottrina e bonta: Morse à* 21. *di Settembre* 1621. *Il suo corpo è venerato continuamente da molti, che alla sua intercessione ricorrono per gratie spirituali e temporali.*

Balzac

Balzac dans ses Oeuvres Diverses p. 265. de l'edit. de Hollande; *Je m'estois trouvé à Rome à la Harangue funebre du Card. Bellarmin, & j'avois consideré ce grand & admirable Jesuite, qui avec la dignité de ses gestes, les graces de sa prononciation, & l'eloquence de tout son corps, qui accompagnoit celle de sa bouche, me transporta en esprit dans l'ancienne Republique.*

De eodem Thuanus ad A. 1601. Justus Lipsius Epist. 98. Cent. ad Italos & Hispanos; Cornelius à Lapide p. 5. Comment. in Epist. Pauli, edit. Paris. Tho. Dempsterus in Additamentis ad Antiq. Rom. Rosini pag. 788. Raymond dans son Antichrist pag. 195. de l'edit. 1607. Guy le Feure p. 255. de l'Encyclie des secrets de l'Eternité; Matthieu dans l'Histoire d'Henry quatriesme, Tome 1. p. 135. Le Mercure François Tome 2. p. 23. & suiu. His addendi, qui libris editis cum Bellarmino de Religione decertarunt, Witakerus scilicet, Lubbertus, Junius, Tilenus, Paræus, Rainoldus, Vorstius, Huberus, Amesius, Gesnerus, Sutlivius, Dresserus, Vrbanus, Marnixius, Hutterus, Hunnius, Meisnerus, Krakevitz, Chamierus, & alii plures. q)

JOHANNES BAPTISTA FERRARIVS, *Senensis.*

JOhannes Baptista Ferrarius Jesuita, anno 1622. Romæ r) edidit Nomenclatorem Syriacum, de quo quid sentiat magnus Bochartus, in Testimoniis dicemus. Scripsit alia

q) Prolixiori hic esse non libet. Videantur præ ceteris *Jo. Frieder. Mayerus*, ὁ *μαχαιρίτης*, in Ecloga de Baronii & Bellarmini fide ipsis Pontificiis ambigua p. 159.-166. *Christoph. Hendreichius* in Pandectis Brandenburgens. p. 346. *Pet. Balius* in Dictionario Tomo I. p. 537.-547. *David Ancillonius* in Miscellaneis Criticis Tom. I. pag. 327.-375. & *Jo. Christoph. Artopoeus* in Commentario ad Schraderi Tabulas Chronologicas p. 558. In his nubem videris eorum, qui de Bellarmini vita rebusque & scriptis unquam sunt commentati.

r) Apud Stephan. Paulinum in 4.

alia quædam, quæ videre nondum contigit. s) Claruit eodem anno. t)

Teſtimonia de Ferrario & eius ſcriptis.

Cornelius à Lapide p. 47. Comment. in Eſaiam, 1622. *In lingua Syriaca D. Sergio Riſio Maronita, Archiepiſcopo Damaſceno, operam ſtrenuam navat R. P. Joh. Bapt. Ferrarius Societatis noſtra, publicus lingua Syriaca in Collegio Romano Profeſſor.*

M. Bochart dans une Lettre, qu'il m'a fait l'honneur de m'eſcrire, de Caën le 20. de Fevrier 1665. *Jehan Baptiſte Ferrarius eſtoit un Jeſuite de Sienne, & non François, comme vous penſez, & qui ne ſe qualifie point Profeſſeur aux langues Orientales: Auſſy ie ne iuge pas, qu'il en ayt eſté capable. Son Livre eſt intitulé:* Nomenclator Syriacus Joh. Bapt. Ferrarii Senenſis, è Societate Jeſu, Romæ apud Stephanum Paulinum 1622. *dedié au Cardinal Alexandre Vrſin, avec une tres inepte petite Epitre de douze ou quinze lignes, qu'il luy adreſſe, pour dire qu'il vient offrir des eſpines à la Roſe Vrſine. Et encore qu'il y ait quelque choſe à apprendre dans le livre meſme, pource qu'il y a un grand amas de mots Syriaques, tirez de beaucoup de Livres, ſi eſt ce qu'ils ſont ſi mal rangez, qu'ils découvrent l'ignorance de l'Autheur. Car ils ne ſont point rapportez à leurs racines, comme on fait dans les Dictionnaires des langues Orientales, mais purement & ſimplement ſelon l'ordre Alphabetique, comme ſi les lettres ſerviles eſtoyent radicales. Et la plus part ſont mal traduis, & le Latin ſouvent bien barbare. Mais il faut pardonner ces fautes à Jean Bapt. Ferrare, veu ce que i'ay appris de deux Maronites venus de Rome, qu'il n'en eſt pas le vray autheur, mais Iſaac Sciadrenſis Maronite habitant à Rome, dans le College des Maronites, ce que Ferrare luy meſme avoue à demy en ſon* Iſagoge.

PAV-

s) Eorum indicem habes apud *Leonem Allatium* in Apibus Vrbanis p. 151. pleniorem autem in *Philippi Alegambe* Bibliotheca Scriptorum Soc. Jeſu p. 411.

t) Obiit, poſtquam linguam Sanctam in Collegio Romano annis undetriginta docuiſſet, Senis Kalend. Februariis anni 1655. teſte *Alegambe* loc. cit.

PAVLVS SARPIVS
Venetus.

De præstantissimi huius, serenissimæ Venetorum Reipublicæ, Theologi in Hebraicis peritia, F. Fulgentius in eius Vita p. 9. edit. Leydensis: *Comincio*, inquit, *anco in quella püeritia ad apprendere le Matematiche all' uso de gl' antichi savi, e le lingue Greca e Ebrea, con la commodità di Maestri in Venetia all' hora cospicui.* Idem p. 14. *In questo tempo apprese in Mantoua la lingua Ebrea più perfettamente, che in Venetia non haveva fatto.* Obiit anno 1623. sanctimoniæ fama apud S. P. Q. Venetum, (ut in Testimoniis dicetur) celebratus.

EPITAPHIVM.

Paulus Venetus Servitarum ordinis Theologus,
Ita prudens inter Sapientes
Vt maiorem nec humanorum nec divinorum
scientiam, nec integriorem nec sanctiorem
Vitam desiderares,
Intelligentia per cuncta permeante, Sapientia
affectibus dominante præditus,
Nulla unquam cupiditate commotus,
Nulla animi ægritudine turbatus,
Semper constans, moderatus, perfectus, verum
innocentiæ Exemplar,
Deo mira pietate, religione, continentia addictus,
Tantis Virtutibus
Reipublicæ in sui desiderium concitatæ iustam
fidelem operam navans,
(Religiosum hominem, dum patriæ seruit, haud
a Deo separari existimans,)

Summa consilii rationis vi libera integra mente
publicam causam defendens,
Magnas a Libertate Veneta insidias sua sapientia
repellens, Maius Libertatis
præsidium in se quam in arcibus exercitibus
positum Venetis ostendens,
Mortales,
An magis amandus, mirandus, venerandus
Dubios faciens,
De nominis apud probos æternitate,
De animi apud Deum immortalitate
Securus,
Morbum negligens, Mortem contemnens,
Loquens, docens, orans, contemplans
Vivorum actiones exercens
LXXI. ÆTATIS ANNO
Magno bonorum ploratu,
Non obiit, abiit, è Vita
ad Vitam evolavit.

JO. ANT. VENERIO PATR. VEN.

Sarpii Scripta. u)

Considerationi sopra le censure della Santita del Papa Paolo 5. contra la Republica di Venetia.

Con-

u) Sarpii Opera, si historiam Concilii Tridentini excipias, sex voluminibus collecta Italice prodierunt, & Vol. I. quidem Venet. 1677. 12. apud Rob. Mejettum, cui præmissa est Vita nostri à Fulgentio scripta. II. apud eundem an. 1673. III. 1675. IV. Mirandulæ 1675. V. 1676. & VI. 1685. Eadem vero recusa sunt in *Italia* (quamvis titulus *Helmstadium* & typographum *Jacobum Mullerum*, iam ante 50. & amplius annos defunctum, referat,) circa an. 1722. in 4. indice B. *Jo. Fabricio* in Bibliotheca Fabriciana, Tom. VI. p. 129. ubi idem singulorum tractatuum catalogum exhibet.

Confirmatione delle Confiderationi del P. M. Paolo, contra le oppofitioni del R. P. M. Gio. Antonio Bovio Carmelitano, di Maeftro Fulgentio fopra le memorie del P. Paolo.

Trattato del Interdetto della Santita di Papa Paolo 5. a Patre Paulo & aliis compofitus. x)

Apologia per le oppofitioni fatte dall' Illuftriffimo Card. Bellarmino à trattati e rifolutioni di Gio. Gerfone fopra la validita delle Scommuniche.

Hiftoria del Concilio Tridentino, fotto il nome di Pietro Soave Polano, ch'è l'anagramma di Paolo Sarpio Veneto; Londini edita anno 1619. fol. a M. Antonio de Dominis, Spalatenfi Archiepifcopo; & triennio poft Latine verfa ab Adamo Neutono Scoto; ut Gallice a Joh. Deodato. y)

Hiftoria particolare delle cofe paffate trà'l Sommo Pontefice Paolo 5. e la Sereniffima Republica di Venetia, 1624. 4°. & Gallice 1625. 8°. z)

De Jure Afylorum liber fingularis Petri Sarpi J. C. ex Italico in Latinum verfus.

Aggiunta, e continuatione all' Hiftoria de gl' Vfcocchi * di Minucio.

Trattato dell'Inquifitione, Latine verfus a cl. viro Andrea Coluio Theologo Dordrechtano. Liber Roterodami excufus eft cum P. Pauli Fidei Confeffione, 16°. a)

Additamenta ad Edwini Sandii Librum de Statu Religionis, Italice. Lege Spanhemium in Dubiis Evang. part. 3. p. 309. edit. primæ.

* Sic Prædones vocant Dalmatæ, Hungari Heidones, Poloni Cofakos, Illyrici Martelofos, Pyrenæi Bandolieros, Galli Bacaudas, & Coterellos; de quibus adi virum illuftrem Petrum Puteanum in Originibus Gallicis Menagii p. 81.

x) Tractatus huius, Scriptorumque ad hanc caufam pertinentium, hiftoriam leges in B. *Chriftiani Gryphii* Apparatu Scriptorum Hiftoriam Seculi XVII. illuftrantium p. 457.

y) De hiftoria hac, variisque ejus tum verfionibus tum editionibus, præconibus item & adverfariis lege laudatum *Fabricium* Tom. V. Bibliothecæ Fabricianæ p. 273. fqq. *Vincent. Placcium* in Theatro Pfeudonymorum n. 514. & *Dav. Ancillonium* in Miscellaneis Criticis Tom. II. pag. 160.

z) Vide huc Gryphium modo laudatum p. 464.

a) Confer *Colomefium* noftrum p. 110. Opufculorum.

Arcana Papatus, Opus inchoatum; MS. asservat Theologus modo memoratus Andreas Colvius, ut ex ipso Dordrecti degentes audivimus.

Epistolæ ad D.D. Gillotum, Leschasserium, & alios, in varriis Bibliothecis asservatæ.

Epistola ad Dan. Heinsium; quæ integra extat p. 753. Epistolarum a Simone Abbes Gabbema collectarum. Fragmentum affert Hoornebeckius in Summa Controvers. Religionis p. 603.

Epistola ad Inquisitores Romanos; quæ Latine integra habetur Tomo 5. Mercurii Gallo-Belgici.

Testimonium pro Galilæo adversus Capram; insertum Galilæi Apologiæ contra eundem, pag. 14. versa, edit. 1607.

Testimonia de Sarpio & eius scriptis.

Le Mercure Fr. Tome 9. pag. 724. l'an 1623. *On a escrit, que sa Sainteté ayant eu advis au commencement de son Pontificat de cet Epitaphe, & de ce que l'on faisoit à Venise pour honorer le Sepulchre de ce F. Paul Seruite, & le tenir en qualité de Beat, en luy portant des chandelles & petis Tableaux* ex voto, *elle escrivit au Prelat Zachia Euesque de Monte-Fiascone son Nonce Resident à Venise, l'enchargeant de voir le Senat & luy signifier l'Excommunication, qu'il fulmineroit contre ceux, qui continueroyent ces Superstitions à ce Sepulchre, & entreprenoyent telles choses; Veu qu'autrefois ce F. Paul avoit eu une citation personnelle à l'Inquisition de Rome, & à faute de ce auroit esté excommunié par le Pape Paul cinquiesme. Les Venitiens ne voulans entrer en de nouveaux differens avec le S. Siege, ont empesché ces Superstitions & donné contentement au Pape.*

Is. Casaubonus Jos. Scaligero, Paris. 7. Id. Nov. 1606.

Oro

Oro te, Illustrissime Domine, vidisti quæ abreptitius ille B. * *nuper contra Venetos scripsit? eam scriptionem ita concludit Sophista Satanicus, ut dicat, siquis putet P. esse Deum, nequaquam mirari quemquam debere; tum τερθρείας putidas subiicit, cur id nemini debeat mirum videri: hunc censen' aliud numen credere, aut colere, quam illud suum Idolum ἔμψυχον? Sed magna Deo gratia, quod mediis Venetiis virum magnanimum, magnum illum Paulum, excitavit, qui teterrimi Sophistarum fraudes & paralogismos, quibus orbi Christiano illudit, palam faceret. Puto vidisse te opuscula huius Pauli, meo iudicio præstantissima, & dignissima, quæ legantur a te. Lætaberis scio & magno Heroï votis fauebis tuis.* * Bellarminus.

Idem eidem, Paris. 5. Id. Mart. 1607. *Sed vidisti-ne, obsecro, quæ Venetiis prodiere scripta a paucis mensibus? Si vidisti, præsertim autem magni illius Pauli Veneti, de iis quid iudices, cupio ex te intelligere. Ego enim, cum illa lego, spe nescio qua ducor, futurum fortasse illic aliquando & literis sacris & meliori literaturæ locum. Mirum dictu, quam multi, quam brevi tempore animum ad scribendum applicuerint. Atqui nemo erat, qui existimaret, in ea urbe unum aut alterum posse reperiri earum rerum intelligentem, quæ a doctrina Loyolitica abhorrent tantopere. Exitum eius controversiæ, cum hæc scribebam, omnes μετέωροι in hac urbe expectabant.*

Idem N. N. Lut. prid. Non. Nou. 1606. *Bellarminum omne suum virus in Paulum Venetum, Heroëm magnanimum & vere διοπετῆ, prius effusurum non dubito, quam ad nostrum amicum* * *magnum se convertat. Audisti, puto, quem in locum res nobilissimæ illius Reip. pravis consiliis eorum, qui Ecclesiæ Dei volunt τυραννικῶς imperare, sint perductæ, nisi enim præter omnium opinionem aliquis ἀπὸ μηχανῆς θεὸς affulserit, quin ad arma veniatur, fieri haud potest. Scribebat* * Scaligerum.

* Philippus Canaius à Fraxinis.

*nuper ad me vir amplissimus Legatus Venetensis, * hortans, ut, quia lues publica esset mihi fugienda, Venetias excurrerem, reperturum ibi, quorum causa laborem itineris non pigeret suscepisse; cum primis vero magnum Paulum visurum me, ipsa verba illius ponam,* quem Deus necessario tempore ad magnum opus fortissimum athletam excitasset. *Recte sane & vere ille; nam, ut principia se dant, ingens aliquid molitur ὁ ἐπὶ πᾶσι, quod providere mens humana liquide satis non potest. Si editam ab eo Considerationem super Excommunicatione Venetorum legisti, non ambigo, quin de magnitudine illius ingenii satis tibi constet. Apologiam vero Gersonis ab eodem publicatam adversus συκοφαντίας teterrimi Sophistarum Bellarmini, tanti equidem facio, ut in eo genere nihil adhuc simile putem me legisse. Possem & aliud quid adiicere, quod demirareris, nisi esset consultius* εὔστομα κεῖσθαι ταῦτα.

Idem Scipioni Gentili, Lut. 15. Kal. Apr. 1607. *Obsecro, vidisti-ne, quæ superioribus mensibus Venetiis prodiere scripta? Ego vidi, si non omnia, certe maximam partem. O viros! ò exactam earum rerum cognitionem, quas in illis oris nemini putabant plerique esse notas! Multa legi, imo pene omnia quæ vidi inde profecta. Probavi omnia, & laudavi. Sed inter omnes, mirum dictu, quantum iudicio Paulus excellat, quem scimus virum esse doctissimum, vitæ innocentissimæ, iudicii tenacissimi. Huius si scripta legisti, ecquid de vestra Italia sperare incipis? videtur enim veri strictura aliqua illic affulsisse, quæ volente Deo clarum lumen olim sit ibidem accensura. O si me vivo hæc fieri videam?* τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.

Jacobus Leschasserius in Consultatione de Controversia inter Paulum 5. & Rempubl. Venetam 1606. *Allatus est ad nos liber Patris Pauli Theologi & Religiosi viri, ordinis Servorum, de ea re doctissime scriptus, quem ab omnibus*

bus populis & principibus viris legi, reip. Christianæ maxime interesse puto.

Ex Casp. Scioppii Vita, a Germano quodam eius contubernali scripta: *quidam (Assassinos vocant) Paulum illum Servitam, cuius scriptum pro assertione iuris Venetæ Reipublicæ in manibus omnium versatur, aggressi fuerant, & vulnera aliquot, quæ tamen lethalia præter mentem eorum non essent, inflixerant.*

Adamus Neutonus Præfat. in Historiam Concilii Tridentini P. Pauli, a se Latine versam, Lugd. Bat. 1622: *Laudatissimus Scriptor, si certissimis authoribus fidem adhibemus, de aureo hoc partu abiiciendo aut perimendo (heu immane consilium!) cogitasse dicitur. Sed æterna providentiæ aliter visum, cuius singulari beneficio patri erepta proles, atque e patrio solo in alias oras deportata, Clementissimi Principis (Jacobi I.) experta est præsidium ac tutelam.*

Frid. Spanhemius Dub. Evang. part. 3. pag. 309: *Theologus quidam Italus magni nominis candide fassus est, in Scholis quidem distingui honorem debitum Deo, & illum, qui defertur creaturis, sed in praxi istam distinctionem non reperiri. Vide Paulum Servitam ad cap. 7. Stat. Rel.*

Petrus Gassendus in vita Peireskii pag. 137. & seq. edit. Hagiensis: *Cum monuissem, Gul. Haruaum edidisse præclarum librum de successione sanguinis ex venis in arterias, & ex arteriis rursus in venas; inter cætera vero argumenta confirmasse illam ex venarum valvulis, de quibus ipse inaudierat aliquid ab Aquapendente, & quarum inventorem primum Sarpium Servitam meminerat; ideo statim voluit & librum habere & eas valvulas explorare.*

Joh. Hoornbeekius in Summa Controversiarum Religionis, p. 603. & seq. 1658. *Quia Dordracena Synodus ipsis Remonstrantibus in oculis est, quam continuis impetunt conviciis, non desinam hic apponere Judicium viri supra omnes iudiciosi & magni, & præter Papicolas nemini non probati, Pauli*

nempe

nempe Servita, quod perscripsit ad celeberr. Dan. Heinsium, post habitam Synodum, missamque sibi Heinsii Homiliam super eodem argumento. Epistola hæc est:

Reverende Domine.

Fuit proculdubio Apostolorum Johannis & Pauli sententia, quam in tua Homilia enarrasti, eamque orthodoxam esse soli non credunt, qui cæcitatæ mentis damnati sunt: nam ut divinæ gratiæ & adoptionis soli Electi participes sunt, ita, quæ sit eius vis & efficacitas, soli agnoscere possunt. Non enim mundus aut caro vel nycticorax lucem ferre valent, quibus denegata est ea oculorum acies, qua lux perspici potest. Meo iudicio nedum fides divinum beneficium est; verum & recte de ea ac de illius causis & effectibus existimatio mundanis sapientibus est denegata. Vos felices, quibus coelitus divina mysteria detecta sunt. Christiana ista Synodus Apostolicam sententiam a carnali discrevit, & hac damnata, illam pie amplexa est. Et prudenter Amplissimi Ordines Adversarios vestros linguam coercere iusserunt, defuncti munere, quod Principis est proprium in Ecclesia &c. 4. Kal. Jun. 1620.

Cl. Sarravius Hug. Grotio, Lut. 27. Jul. 1639. *Magni illius Pauli Veneti aliquot Epistolas nactus, vir illustrissime, rem tibi non ingratam facturum me existimavi, si eas tibi legendas offerrem. Scriptæ sunt ad nostrum Phil. Mornayum, utriusque Palladis, ut nosti, studiosum. Videbis his auctoribus primum foedus initum inter Batavos tuos & Adriatici Pelagi regnatores. Sed quanto zelo reparationis divinæ domus uterque flagrabat? Num admota manu invocabant Dominum?*

Idem Cl. Salmasio, Lut. 29. Jun. 1646. *Quid si Pontificis Primatum novo sed vero vocabulo a magno Paulo Veneto solerter excogitato* Totatum *dicamus? Ita enim ille in ἰδιοχείροις, quas nuper versare contigit mibi, ad Villerium Hotomannum Epistolis.*

Salmasius Venetorum Reipublicæ, in Exercit. ad Solinum, Paris 1629. *Ante omnes memorari meretur, nec sine piaculo præteriri potest, qui proxime decessit, patriæ libertatis acer-*

acerrimus, dum vixit, vindex, quo foelicius ad omnia ingenium post renatas literas natum dixerim nullum, imo vel ab anterioribus etiam multis sæculis: adeo ut in eo formando totam se videatur impendisse natura, sed & exemplar protinus corrupisse, ne par aut similis illi alius unquam posset existere.

H. Grotius Joh. Cordesio 12. Febr. 1632. *Maximum omnes, quibus vera sapientia cordi est, lucrum fecerunt, reperto libro * viri incomparabilis Pauli Servitæ, præsertim de argumento tam nobili, causaque alibi magnorum motuum, apud nos etiam Belli tam pertinaciter exerciti.*

* De Inquisitione.

Joh. Beverovicius Joh. Westerburgio pag. 201. Differt. de Vitæ Termino, edit. 1634. *P. Paulus Sarpi, Servita, Historiæ Concilii Tridentini Author (qui, cum Venetiis agerem, incomparabilis sapientiæ gloria florebat, post obitum & sanctimoniæ fama apud S. P. Q. celebratur) dictitare solebat, Quo magis studiis incumbimus, eo magis nos videre, quam nihil sciamus.*

Galileo Galilei nella Difesa contro Capra, in Venetia, 1607. p. 17. *Del M. Rever. Padre Maestro Paolo de i Servi, Theologo della Sereniss Signoria, posso senza iperbole alcuna affermare, che niuno l'avanza in Europa di cognizione delle scienze Matematiche,*

L'Autheur de la Preface au Lect. sur la Traduction de la Relation de l'état de la Religion du Chevalier Edwin Sandis, à Geneve 1626. *Vn singulier & eminent personnage en Italie voulut voir ce Liure traduit en Italien, y halenant des fruits des semences de ses admirables discours, dont il estoit tres riche & liberal envers les estrangers, qui le visitoyent & consultoyent. Il prit luy mesme la peine d'adiouster de sa main propre à la Traduction Italienne les belles & doctes Additions, que tu verras inserées de chapitre en Chapitre au Commencement du livre. Je ne sçay, quelle fut la cause, qu'il ne suiuist au reste; car la profondeur de son sens, & l'amplitude de sa cognoissance & experience eust peu grandement illustrer ce Discours.*

Victorellus in opere Ciacconiano in Vita Pii 4. *Veram Concilii Tridentini Historiam erudite & culte scribit Theologus clarissimus Terentius Alciatus, Societatis Jesu, refelletque men-*

dacia Authoris non pii, cuius libros, ingenui hominis oculis indignos M. Antonius de Dominis, dum Catholicæ Religionis desertor esset, excudi curavit.

Perronius in Perronianis p. 216. edit. 1669. *Je vis Fra Paolo à mon second voiage de Venise, & M. de Maisses me le fit voir. Je ne remarquay rien d'eminent en cet homme; il a un bon iugement & bon sens, mais de grand sçavoir, point; Je ne vis rien que de commun, & un peu plus que de Moine..*

Angelo Corraro nella Relazione di Roma, p. 31. 1661. *A. V. S. hà dato poco gusto il Cardinale Palavicino nella publicatione della Historia, contro il Libro del gia Maestro Paolo Servita, in cui parlando con souerchia liberta d un Ministro a lei si grato, l'ha obligata a probibirne la publicatione in questo stato, di che hauendomi dato qualche motto di discolpa, mutai tosto discorso per non intrar in materie noiose, perche in termine di rigore, haverebbe potuto vsar molte distinzioni metaphisiche, alle quali non è mio mestiere di risponđere, ma in termine di convenienza, haverei confuso lui e mortificatolo.*

M. Silhon dans son Traité de l'immortalité de l'Ame, à Paris 1634. p. 98. *La seule dignité du langage a rendu Maphée recommandable; elle s'est faite desirer en Fra Paolo, pour nous donner une Histoire parfaite.*

In effigiem Reverendi Patris Pauli Veneti,
quæ videtur Hagæ-Comitis in ædibus
V. N. Cornelii vander Myle,

Dominici Baudii Versus.

Manus magistra pinxit ingentis viri
Vultus & ora, corticemque corporis.
Ast animus ingens hospes angusti laris,
Et illa vox sermone melleo fluens,
Miranda cunctis, æmulanda nemini,
Tum pectus omni genere laudum exuberans,

Sancti-

Sanctique mores, certaque in Deum fides
Subnixa verbo veri ineluctabilis:
Hæc dona nullis æstimanda copiis,
Divina dona, quæ nihil parentibus
Debent caducis, sed polo ducunt genus,
Nec exprimi colore, nec calo queunt.

De eodem Joannes Dallæus in vita Parentis p. 8. & seq. edit. Salmuriensis. b)

BONAVENTVRA MALVASIA, *Bononiensis.*

BOnaventura Maluasia, Franciscanus Conventualis, vir Arabicæ linguæ peritus, scripsit Dilucidationem Speculi verum monstrantis, in qua instruitur in fide Christiana Ahmet, filius Zin Alabedim, in Regno Persarum Princeps, & refellitur Liber a Doctoribus Persis editus sub titulo: *Politor Speculi verum monstrantis.* Opus Romæ excusum est typis Sacræ Congregationis, anno 1628. c) Claruit Author eodem anno.

CLAVDIVS IAVNINVS, *Aventico-Cudrifinensis.*

CLaudius Jauninus, linguæ S. apud Lausanenses Professor, Lutetiæ degens anno 1629. Philippi Aquinatis Dictionarium Hebræo-Rabbinicum, tunc prælo sudans, suffragio suo ornavit. Claruit eodem anno.

b) Alios de Sarpio commentantes affert *Bibliotheca Fabriciana* Tom. V. p. 277. Adde illis *Simonis Stenii* Orationem de facinore in Paulum Servitam perpetrato, Heidelbergæ 1608. editam, & B. *Jo. Wolfgangi Jægeri* Historiam Sæculi XVII. Tom. I. p. 246. sqq.

c) Lege *Leonem Allatium* in Apibus Vrbanis pag. 82. edit. Hamburg. & B. *Thomam Ittigium* in Dissertat. de Patribus Apostolis §. 35.

PHILIPPVS GVADAGNOLVS,
Malleanensis.

PHilippus Guadagnolus, ordinis Clericorum Regularium Minorum, vir Arabicæ linguæ gnarus, ſcripſit Apologiam pro Chriſtiana Religione, qua reſpondetur ad obiectiones Ahmed filii Zin Alabedin, (de quo ſupra) Romæ anno 1631. excuſam. d) Claruit eodem anno. e)

THOMAS OBICINVS,
Nouarienſis. f)

THomas Obicinus, Ordinis Minorum, Grammaticam Arabicam, *Giarumia* inſcriptam, cum verſione Latina ac dilucida expoſitione Romæ edidit anno 1631. g) De eo ſic Joh. Viccars in Decaplis in Pſalmos p. 61. *Virgo Deipara (ut Athanaſius ſcribit) erat rubus ſine ullo carnali ardore in-*

d) Prodiit illa Romæ primum Latine 1631. & poſtea Arabice 1637. cui multum tribuit *Theodoricus Hackspanius* de Vſu librorum Rabbinicorum p. 343. Edidit præterea noſter *Inſtitutiones linguæ Arabicæ* Rom. 1642. fol. operamque ſuam verſioni SS. Bibliorum Arabicæ, quæ Romæ 1671. fol. lucem vidit, cum aliis impendit.

e) Obiit Romæ 1656. 27. Martii, quod teſtantur Ephemerides eruditorum Italicæ anni 1672. Confer de noſtro *Leonem Allatium* in Apibus Vrbanis p. 228. & *Petrum Balium* in Dictionario Tom. II. p. 1412.

f) De patria & muneribus noſtri plenius conſtabit ex pagina prima Grammaticæ Arabicæ, cum Latina ejus verſione editæ. Ibi vero vocatur *Thomas Obicinus Theologus, Minorita ex opido Nonii, diœceſeos Novariæ: olim Jeroſolymorum Guardianus, ac totius Orientis Apoſtolicus Commiſſarius, nunc vero de mandato Sacræ Congregationis Fidei propagandæ in Conventu S. Petri Montis aurei linguarum Orientalium Magiſter.* Hæc ideo affero, ut intelligatur, cur alii noſtrum *Novarienſem*, alii *à Novaria* appellent, & ſimul pateat, Colomeſium humani aliquid paſſum eſſe, quando paulo poſt *Thomam à Novaria* tanquam à noſtro hoc diſtinctum commemorat.

g) Forma eſt octavi ordinis: abſolvitur autem paginis 286. Titulus eſt: *Grammatica Arabica*, Agrumia *appellata, cum verſione Latina ac dilucida expoſitione.* Eam *Petrus à Valle* in præmiſſa Cenſura laudat, non ſolum, *ut fideli interpretatione Latine redditam, ſed & utiliſſimis commentariis mirum in modum illuſtratam.*

incombuſtus, *quem vidit Moſes in Horeb*, *ubi*, *ut ſentiunt quidam*, *mirabilis per Moſem erat inciſa ſcriptura de Conceptione Chriſti*, *literis Chaldaicis*, *de qua ſcribit oculatus teſtis P. Thomas Obicinus*: Queſte lettere ſi trovano ſculpite in vna pietra piccola poſta à piedi del monte Oreb, e ſi vede la pietra eſſer di radice del monte, ma poco elevata de terra. Era traditione di loro, che quella ſcrittura fuſſe di Gieremia Propheta; Le Lettere ſono di grandezza piu d' un palmo e mezzo. *Hæc omnia approbantes audivi Romæ multos.* Obiit A. 1638.

FRANCISCVS BARBERINVS, *Florentinus.* h)

CIrca idem tempus Romæ linguæ Arabicæ peritia inclaruit Franciſcus Barberinus, Collegii Cardinalium hodie, puto Decanus, de quo in hæc verba Author Mercurii Gallici, Tomo 9. p. 618. *Le Seigneur Charles Barbarino, Frere du Pape Vrbain huitieſme, du mariage de luy & de la Signore Conſtance Mayalotte a trois Fils vivans, François Docteur en Theologie, Abbé du S. Eſprit de Ocbre, Sçavant ès langues Grecque & Arabesque, aagé de 26. ans: Le Seigneur Thadée aagé de 23. & le Seigneur Antoine de 15. Lesquels ont une grande cognoiſſance des bonnes Lettres.* Plura de Fr. Barberini Vita qui volet, adeat Librum inſcriptum *La giuſta Statera de' Porporati*, & alium cui titulus eſt, *Relazione della Corte Romana*, *fatta l' Anno* 1661. i)

THOMAS *à Nouaria.* k)

THomas à Nouaria Ordinis Minorum Theologus, & lingua-

h) Fuit is Caroli & Conſtantiæ Magalottæ filius, Vrbani VIII. nepos ex fratre, Cardinalis ab ipſo patruo renunciatus, Legati Apoſtolici munere apud Galliæ & Hiſpaniæ Reges functus, Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius, Epiſcopus Hoſtienſis, nec non Collegii Cardinalium Decanus. Ita noſtrum delineat *Auguſtinus Oldoinus* in Athenæo Romano p. 129.

i) Obiit anno 1679. 16. Decembr. ætatis 83 teſte *Julio Negri* in Hiſtoria Scriptorum Florentinorum pag. 183. qui & ſcripta ejus recenſet, allegatis inſuper aliis, qui de eodem fuſius expoſuerunt.

k) Non diſtinguendus hic erat à *Thoma Obicino*, ut apparet ex iis, quæ

linguarum Orientalium Magister, Romæ anno 1625. edidit Breve Introductorium Arabicum in scientiam Logices cum Versione Latina. Idem anno 1636. ibidem vulgavit Thesaurum Arabico-Syro-Latinum; quem his verbis laudat Vopiscus Fortunatus Plempius ad Avisenam p. 137. Lovanii 1658. *Cyprum intelligo a Persis vocari* Archendam, *quæ priorum Arabum fuit* Alhinna; *sic enim interpretatur* alhinnam *in suo Thesauro Arabico-Syro-Latino R. P. F. Thomas à Nouaria ordinis Minorum Theologus ac linguarum Orientalium in Collegio S. Petri Montis aurei de mandato Sacræ Congregationis fidei propagandæ Magister.* Claruit A. 1636.

FRANCISCVS RIVOLA,
Mediolanensis. l)

SUb idem tempus florebat Fr. Riuola, cuius Dictionarium Armeno-Latinum Hagæ-Comitis vidimus, Mediolani excusum A. 1659. m)

ANTO-

nota f. attulimus. Vt scilicet *Obicini* gentis, ita *à Novaria* patriæ nomen est. Propterea & *Leo Allatius* in Apibus Vrbanis pag. 348. ed. Hamburgensis Obicino præter *Grammaticam Arabicam*, de qua ante, *Isagogen* quoque seu *Breve Introductorium in scientiam Logicae*, cum versione Latina, ac *theses Sanctæ fidei*, Romæ apud Stephan. Paulinum anno 1625. 4. editas tribuit. Idem auctor est, nostrum interpretationi *Dictionarii Aegyptio-Arabici* & *Grammaticæ Aegyptiæ*, Arabica lingue conscriptæ, immortuum esse.

l) *Philippus Picinelli* in Athenæo eruditorum Mediolanensium pag. 219. testatur, nostrum, auspiciis Cardinalis Friderici Borromæi, ad singularem linguarum Orientis, Hebraicæ speciatim, Chaldaicæ & Armenicæ notitiam in scholis Mediolanensibus perductum fuisse.

m) Hanc editionem nusquam video laudari, sed eam potius, quæ an. 1621. 4. Mediolani curata est. Vide *Jac. le Long* Biblioth. Sacram Tom. II. pag. 1197. qui *Parisiensem* quoque anni 1630. commemorat, quod & facit Cl. *Jo. Jac. Schröderus* in præfatione ad Thesaurum Linguæ Armenicæ. At in manibus meis versatur editio Parisiensis an. 1633. in 4. *impensis Societatis Typographiæ librorum Officii Ecclesiastici, jussu Regis, constituta*, curata. Fortasse itaque meum illud exemplum, quod paginis 406. constat, novo titulo est ornatum, in cujus tamen calce idem annus 1633. una cum typographo *Anton. Vitray* appellatur. Dictionarium ipsum, judice Cl. *Schrodero*, ex ore rudis Armeni exceptum, vocibus barbaris Persico-Turcicis refertum est, & à genuinis Haicanis

ANTONIVS GIGGÆVS, *Mediolanensis.* n)

ANtonius Giggæus R. Salomonis, Aben Esræ & R. Levi Ben Gerson Commentarios in Proverbia Latine vertit & Mediolani edidit. o) Idem Thesaurum Arabico-Latinum amplissimum in lucem emisit; p) de quo sic Jacobus Golius Præf. ad Lect. in Lexicon Arabicum, 1653. *Quo tempore manum operi iam admovissem, in lucem prodiit amplissimus ex Italia Giggai Thesaurus, qui omnia explere posse desideria videbatur. Et quidem eo arbitror habendum esse loco, ut tum praclari viri labor, tum summi Mecoenatis, qua adiutus ille fuit, munificentia, gratis omnium animis excipi & celebrari mereantur. Attamen cum quererentur multi, minus parabilem omnibus eius copiam esse, ipsumque praterea opus tum mole sua, tum Arabicarum vocum ordine, sapius quoque Scriptura ac Interpretatione, primis fovendis iuvandisque hisce studiis minus comparatum esse complures indicarent; flagitare minime desinentibus hic & alibi*

vacuum, erroribusque scatet. Conf. Theodor. Petræi præfat. ad Confessionem Armenic. *Grammatica* nostri *Armenica* lucem vidit *Mediolani* 1624. 4. Plura de auctore habes apud *Petrum Paul; Boscham* de origine & statu Bibliothecæ Ambrosianæ, cujus hæc sunt verba lib. III. pag. 103. sqq. *Francisco Rivola mandaverat Cardinalis* (is est Frider. Borromæus) *ut Grammatica Abyssina operam suam impenderet; an obsecutus fuerit Federico, non satis scio; illud quidem compertum mihi est, Armeni sermonis doctum fuisse Rivolam, ac postquam voces omnes illius lingua intulisset Latio, Grammaticas institutiones absolvisse, qua omnia denique prodierunt in publicum.* Idem libro V. pag. 159. Vitam Cardinalis Borromæi à nostro descriptam, & Mediolani 1666. 4. editam laudat, quamvis à nonnullis, ut ipse monet, ideo reprehensam, *quod paulo putidius Hetruscas voces fuerit persecutus & nonnulla etiam hallucinatus.* Cæterum Canonicum S. Thomæ in Terra amara noster egit, ibique annis onustus ex vita excessit, auctore Picinello l. c.

n) Hic Mediolani elementa & institutiones sermonis Persici edoctus Cardinalis Borromæi auspiciis in Hetruriam an. 1616. abiit, ut Arabicæ linguæ totum se daret. Vide hæc tradentem *Petrum Paulum Boscham* de origine & statu Bibliothecæ Ambrosianæ lib. II. p. 76. sqq.

o) Factum id est anno 1620. 4.

p) Mediolani 1632. quatuor voll. in fol. Thesaurum illum sæpe ad partes vocat, sed & emendat *Sam. Bochartus* in Hierozoico & alias.

alibi & studiosis ac Amicis, operam olim animo conceptam ac tentatam denuo addixi, & cum bono Deo rem ipsam aggressus fui. Claruit anno 1640. q)

HORTENSIVS SCAMMACHA,

Leontinus Siculus. r)

DE eo sic Fr. Scorsus ad Theophanis Homilias pag. 477. *In hanc coniecturam me adduxit, cum in familiari congressu cum eo hunc locum conferrem, doctissimus vir nostræ Societatis, & cum linguarum omnium, tum sacræ profanæque historiæ peritissimus Hortensius Schammacha.* Claruit A. 1642. Scripsit

q) Enimvero fatis cessit noster an. 1632. Idoneus testis est laudatus modo Boscha lib. IV. pag. 141. his verbis: *Nam Gigaus* (ita semper *Boscha* nostri nomen exprimit, qui se ipsum in Thesauro L. Arab. *Giggejum* appellat) *externarum linguarum peritissimus, cum opes undique ex monumentis Arabum collegisset, coegit postea in unum Arabicæ linguæ Thesaurum, tanto labore, quanto Euristheus vicisset Herculem, si illud opus imperasset. — Superest etiam cineribus hominis improbus labor, quem in tradendo Persarum sermone exhausit; inscripsit volumen GAZAE PERSICAE titulo, — CHALDAICI quoque sermonis institutiones tradere aggressus enucleaverat prope singula illius linguæ. — Porro his lucubrationibus Typographi imminebant, cum mors fefellit consilium hominis. — Hic fuit exitus viri doctissimi* (anno scilicet 1632. qui ad oram libri est annotatus) *qui ætatem suam omnem addixerat sermonis peregrini studio, ac summo labore consecutus tradiderat ratione facili ad discendum.* Hæc ille. Hic notari velim, *Giggejum* editioni Thesauri Arabici supervixisse. Eum enim ipse præfatione sua an. 1632. data ornavit. Lege de nostro, si placet, *Philip. Picinellum* in Athenæo eruditorum Mediolanensium pag. 44. & *Jac. Philippum Opicellium* in Monumentis Bibliothecæ Ambrosianæ p. 37. ubi *commentarium in Scripturam Sacram, ex commentariis Rabbinorum tum editis tum manu exaratis congestum*, molitus perhibetur.

r) Nobili is genere anno 1562. natus obiit in Collegio Panormitano an. 1648. 16. Februar. ætatis 86. Res ejus & scripta celebrant præter *Alegambium* in Biblioth. Jesuitica p. 353. *Carolus Ant. Conversanus* in ætherea Leontinorum Gloria p. 45. *Josephus Galeaus* in Musis Siculis Parte II. Tom. I. p. 98. & novissime *Antoninus Mongitore* in Bibliotheca Sicula Tom. I. pag. 294. qui inter cetera nostrum in *Græcis Hebraicis & Arabicis literis mirifice versatum fuisse* testatur.

Scripsit Tragoedias 30. Fratrem habuit Josephum, de cuius scriptis adeatur Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu.

DAVID CLERICVS,

Genevensis.

Teſtimonia de Gerardo & eius ſcriptis.

LEandro Alberti p. 399. della Deſcrittione di tutta l'Italia, in Venetia 1596. *Di Cremona è uſcito Gerardo Sebioneda degno Filoſopho, ed eccellente Medico, ornato di lettere Grece, Arabice e Latine, come chiaramente ſi vede dall' opere da lui tradotte di Avicenna, di Raſi, e dell' Almanſore ed altreſi da lui fatte.*

Symphorianus Champerius in Vitis Medicorum 1505. *Girardus Cremonenſis, vir in Medicinis ſtudioſus & exercitatus; erat enim vir in omni ſcientia & lingua doctiſſimus. Reliquit ingenii ſui monumenta clariſſima, quibus nomen ſuum ad poſteritatis notitiam cum gloria tranſmiſit.*

Remaclus Fuſchius in Medicorum Vitis 1541. *Gerardus Suboletanus magna induſtria Avicennæ libros ex Arabico convertit, vir ſingulari eruditione præditus, ac Medicus non contemnendus.*

M. Bochart dans une Lettre qu'il m'a fait l'honneur de m'eſcrire, de Caën le 20. Feurier 1665. *Il n'y a point d'autre Verſion d'Avicenne, que celle de Gerard de Cremone, qui fait dire à ce grand Autheur mille reſueries, auſquelles il ne penſa iamais, & là ou il ſe traduit le mieux, il le fait parler d'une façon ſi barbare, qu'il desgouſte de ſa lecture les Lecteurs les plus patiens.*

Vopiſcus Fortunatus Plempius Præfat. ad Lect. in Aviſenam, Lovanii 1658. *Primus Authorem noſtrum Latine vertit Gerardus Carmonenſis, ſic mihi & Joſepho Scaligero cognominatus a patria; non Cremonenſis, cum Italis, qui ipſi hoc patronymicum adtribuerunt, ut famoſum illum Interpretem ſibi vendicarent. Editio Baſileenſis Hervagiana ſententiam noſtram firmat, Gerardum vocans Carmonenſem, a Carmona Hiſpaniæ Vrbe paucis leucis Hiſpali diſtante: & Garſias ab Horto lib. 1. Aromat. Hiſtor. c. 3. diſerte ſcribit Gerardum hunc ex Bætica Hiſpania oriundum eſſe. Eſt autem Carmona Bætica, quæ nunc Andaluſia dicitur, oppidum, non longe ab Hiſpali ſitum, in colliculo quodam ubique planicies ſpectante. Et antiquiſſima editio anni neſcio quoti ha-*

bet

bet, versionem factam esse a Magistro Gerardo Toleti in Hispania ex Arabico in Latinum. Ita ut falsum dicat Job. Bapt. Montanus, Professor Patavinus, lect. 7. in Sect. 2. 1. Canon. Avisena, cum asserit, Gerardum nostrum multum ignarum fuisse; patet enim omnibus Arabica lingua peritis, Arabismi fuisse scientissimum.

De eodem Jac. Phil. Bergomas lib. 7. p. 71. edit. Venetæ 1492. Raph. Volaterranus lib. 21. Anthropologiæ p. 780. edit. 1603. Gesnerus in Biblioth. p. 274. Thevet To. 2. de sa Cosmographie pag. 703. Salmasius in Respons. ad Beverovicium de Calculo 1640. p. 192. & alibi; Phil. Labbe in Codicum MSS. Bibliotheca p. 50. & alii.

JOHANNES *Segobiensis.*

DE eo sic Aeneas Sylvius postea Pius 2. in Europa cap. 41. *Johannes Segobiensis, homo Hispanus, moribus & doctrina illustris, qui cum summos Theologia præceptores doctrina aquaret, ab Amedeo, dum se Papam dixit, Cardinalatus eminentiam acceperat, & deinde unioni consentiens, a Nicolao, Pontifice maximo, Cardinalatus dimisso titulo, Cæsariensi Ecclesia præfectus fuerat, in altissimis reconditus montibus, parvo Monasterio contentus, vocatis ex Hispania legis Arabica Magistris, librum, quem vocant Alcoranum, in nostram linguam de novo convertit, & ineptias eius veris ac vivis rationibus & argumentis explosit.* Idem scripsit duo magna volumina de Actis Concilii Basiliensis, quæ servantur Basileæ MSS. Præterea collegit concordantias partium Orationis indeclinabilium in Bibliis, quæ cum maioribus Concordantiis impressæ habentur. Claruit anno 1447.

De eodem Johannes Cuspinianus in Chronicis & alii. i)

PAV-

i) Addantur his *Robertus Gerius* in Appendice ad *Guil. Cavei* Historiam Literariam Scriptorum Ecclesiastic. p. 101. & *Casimirus Oudinus* in Commentariis de Scriptoribus Ecclesiast. Tom. III. p. 2432. inprimis vero *Nic. Antonius* in Bibliotheca Hispanica Vetere Tomo II. p. 148.-154. ubi p. 151. sq. speciatim Tractatum eius MS. *de mittendo gladio spiritus in Sarracenos* Alcorano oppositum enarrat.

PAVLVS DE HÆREDIA.

PAulus de Hæredia, Hiſpanus, Judæo-Chriſtianus, ſcripſit de omnibus fidei myſteriis Librum, ex arcanis Judæorum Rabbinicis & Cabbaliſticis. Liber in Italia impreſſus eſt. Claruit Author anno 1485. Plura Geſnerus in Bibliotheca, k)

JACOBVS PEREZIVS, *Valentinus.*

JAcobus Perezius, natione Hiſpanus, patria Valentinus, Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, Chriſtopolitanus Epiſcopus, vir Rabbinicæ literaturæ apprime ſciens, varia ſcripſit ad Scripturæ S. illuſtrationem pertinentia, de quibus Sixtus Senenſis, Geſnerus & alii. Claruit ſub Forderico 3. Imp. anno 1490. l)

Teſtimonium de Perezio.

FR. Titelmannus in Pſalmos p. 33. edit. 1545. *Poſt Paulum Burgenſem eſt Jacobus Perezius a Valentia, Epiſcopus Chriſtopolitanus, in Rabbinorum ſcriptis verſatiſſimus.*

LIBERTAS COMINETVS.

HUnc a linguarum quatuordecim cognitione laudat Petrus Galatinus lib. 3. c. 6. Arcanorum Cathol. Veritatis, his verbis: *Vt hoc in loco nihil ipſe dicam, Libertatis (ſic enim eſt viro nomen) Comineti Hiſpani, nuper a Judaiſmo ad fidem converſi, viri utique non ſolum divinarum literarum apprime docti, verum etiam quatuordecim linguarum periti, verba audi. Is enim exponens illud Pſalmi* 147. *&c.* Hebræa ſequuntur, ad quorum calcem ſic ait: *Hæc doctor prædictus, Hebræo-*

Ee rum

k) Vide, ſi placet, Biblioth. meam Hebraicam Vol. I. pag. 963 & III. pag. 906.

l) Obiit an. 1491. teſtante *Philippo Elſſio* in Encomiaſtico Auguſtiniano p. 313: qui & plura de rebus ſcriptisque noſtri commentatur.

rum doctissimus, nuper ad veritatem Christianæ fidei conversus. De eodem Michael Neander Epistola Præfat. in Erotemata linguæ Sanctæ. Claruit circa annum 1500. m)

ALPHONSVS *de Alcala*, ALPHONSVS ZAMORA, & PAVLVS CORONELLVS. n)

LOuis Mayerne Turquet dans son Histoire d'Espagne, livre 27. *Pour l'Edition de la Bible de Complute, le Cardinal Ximenez se seruit de la diligence, doctrine & iugement d'Alphonse d'Alcala Medecin, Paul Cornel & Alphonse Zamora, hommes doctes en la langue Hebraique.*

Le mesme au mesme Livre: *Gometius dit avoir ouy plusieurs fois affermer à Alphonse Zamora, Professeur en Hebrieu, que pour sept Exemplaires Hebraiques, qui sont gardez en l'Vniversité d'Alcala de Henares, furent payez quatre mille escus d'or.*

Jacobus Lopez Stunica contra Erasmum in c. 7. Epist. ad Hebræos: *Copiosissimum illud Hebraicum Dictionarium, quod extat in Bibliis Complutensibus, Francisci Cisnerii Ximenii Cardinalis*

m) Hujus & ipse feci mentionem in Biblioth. Hebraica Vol. I. p. 1001.

n) De singulis his, tanquam qui Bibliis Complutensibus operam impenderint, lege *Jacobi le Long* Bibliothecam sacram Tom. I. pag. 9. sqq. & ejusdem Dissertationem singularem de Bibliis Polyglottis, gallice editam, p. 30. De prioribus duobus dixi & ipse in Biblioth. Hebraica Vol. I. & III. num. 324. & 325. de tertio autem num. 1813. Inter eos enim illi numerantur, qui ex Judæis ad CHRISTI, Domini & Salvatoris nostri, sacra accesserunt. *Alphosi Zamorensis* Introductiones Hebraicæ (is est libri titulus) cum Polyglottis Complutensibus an. 1515 primum editæ, anno autem 1526. 4. recognitæ prodierunt. Illis comprehenduntur 1) Grammaticæ Hebraicæ libri tres. 2) Nominum ac verborum Hebraicorum dictionarium copiosissimum. 3) Declarationes vocabulorum Artis Grammaticæ & Commentatorum Biblicorum. 4) Catalogus Judicum Regum & Sacerdotum atque Prophetarum veteris Legis. 5) Tractatus de vera orthographia Hebraicæ descriptionis. 6) Epistola autoris ad infideles Hebræos urbis Romæ. Collectionis hujus enarratione uberiore defungitur Cl. *Michael Maittaire* in Annalibus Typographicis Tom. II. Part. II. p. 681. sqq.

dinalis Toletani iussu Paulus Cornel Segobiensis composuit, tametsi ἀνώνυμον fertur ἢ ἀδέσποτον.

Antonius Nebrissensis in Quinquagenis cap. 45. *De vocibus Talitha & Thabitha consulto Magistro Paulo, viro utriusque linguæ (Aramæam dico atque Hebraicam) erudito, & qui Hebrais Codicibus perquam Reverendi Patris, Protomystæ Toletani, praeest, hoc ab eo responsum accepi: Aliud esse apud Aramaos* טליתא *Talitha per L, aliud* טביתא *Tabitha per B; illud namque significare puellam, hoc vero Capream sive Dorcada.* Claruerunt anno 1502.

GASPAR AMMONIVS. o)

GAspar Ammonius, Theologiæ Doctor, Provincialis Augustinianæ familiæ in Laugingen, scripsit Grammaticam Hebræam, p) in cuius fronte extant Wolphgangi Capitonis & Johannis Oecolampadii ad Authorem (quo in Hebraicis præceptore uterque usus est) Epistolæ. Opus hoc Authoris manu scriptum in Bibliotheca habuit

o) Quo nomine inter Hispanos locum obtinuerit *Ammonius*, non equidem intelligo, quippe qui ad Belgas potius fuisset referendus. Accipe, quæ de eo habet *Valerius Andreas* in Bibliotheca Belgica p. 255. *GASPAR AMMONIVS, patria Hasseletensis, gentis Eburonica, Præses Provincialis Augustiniana familia in Suevia, S. Theol. Doctor, vir integerrimus ac linguæ Hebraicæ peritissimus, eoque nomine* Seb. Munstero *aliisque familiaris: scripsit Grammaticam Hebraicam, in libros quinque distinctam.* In eandem sententiam scribit *Franc. Sweertius* in Athenis Belgicis p. 264. & *Philip. Elssius* in Encomiastico Augustiniano pag. 229. Atque hic quidem postremus eum ait claruisse an. 1524. Alii *Suevum* faciunt nostrum, ideo scilicet, quod in Suevia rerum suarum sedem fixit. Hinc inter Germanos numerat *Rudolphus Martinus Meelfuhrerus* in Prodromo Germaniæ Orientalis p 3.

p) Grammatica hæc libris quinque comprehensa est, quorum argumenta recenset *Simlerus* & *Elssius*, qui posterior in eo procul dubio falsus est, quod eam tradit esse excusam. Simlerus certe ut manu auctoris exaratam, & *Tiguri* apud Conr. Pellicanum exstantem, commemorat. Nec videtur ab hoc αὐτογράφῳ distinguenda *Epitome Artis Grammaticæ Ebrææ*, quam anno 1520. auctoris manu scriptam B. Matthiam Fridericum Beckium habuisse auctor est laudatus modo *Meelfuhrerus* in Accessionibus ad Almeloveenii Bibliothecam promissam & latentem p. 8.

Conradus Pellicanus, Simlero teste in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome. Claruit anno 1504.

Testimonia de Ammonio.

WOlphgangus Fabritius Capito in Oecolampadii Vita: *Hebraea a quodam Hispano eodem temporis spatio didicit, quo & ego antea usus eram praeceptore, etsi infelici & invidente nobis cognitionem S. linguae.* pp)

Petrus Gregorius in Syntaxi Artis mirabilis To. 2. p. 353. edit. 1576. *Hebrai decem & octo genera metrorum alia habent, de quibus Gaspar Hammonius S. Th. Professor primus scripsit Latine in fine sua Grammatica Hebraea.*

FRANCISCVS XIMENIVS.

FRanciscus Ximenius, à Cisneros, natione Hispanus, primum Monachus Ordinis Minorum, inde Archiepiscopus Toletanus, atque anno 1507. a Julio 2. creatus Presbyter Cardinalis titulo S. Balbinæ, tandem Archicancellarius Hispaniarum, edidit ad Leonem X. vetus ac novum Testamentum, Hebraice, Chaldaice, Græce, Latineque immensis sumptibus, laboribus ac vigiliis apud Complutenses q) impressum, accitis ad hoc operis in linguarum

pp) Hic locus videtur effecisse, ut Colomesius Ammonium Hispanum fuisse crederet. Noverat, Ammonium Capitonis & Oecolampadii in Hebraicis fuisse præceptorem. Jam cum hic Hispani fiat mentio, quo doctore uterque usi sint, eum de Ammonio accipiendum censuit, præter rem, cum fieri potuerit, ut iidem ante Ammonium Hispani alicujus operam in Hebraicis literis adhiberent. Atque hic fuit *Matthaus Adriani*, de quo noster infra. Hunc scilicet & Joh. Brentius audivit, quod ex Vita ejus apud Melch. Adami p. 208. ed. in fol. patet. Ceterum non dubito, Ammonium hunc eundem esse cum Casp. Ammano, cui interpretationem Psalterii Davidici Germanicam Augustæ Vindelic. an. 1523. 8. per Jo. Boschensteinium editam debemus. Id quidem data opera se ostensurum Cl. Frid. Jac. Beyschlagius per literas mihi nunciavit. Interim de versione illa & ipso Ammanno leges eruditissimi nobisque amicissimi *Jo. Henr. Seelenii* Selecta Literaria pag. 732. sqq.

q) Historiam operis hujus Polyglotti in compendio tradit *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra Tom. I. pag. 9. sqq. Vide & Bibliothecam meam Hebraicam Vol. II p. 339 sq.

guarum cognitione doctissimis viris, tum exemplaribus vetustissimis ex Vaticana & Medicæa Bibliotheca desumptis, vel a Venetorum Senatu transmissis, aut aliunde, nulla expensarum aut laborum habita ratione, conquisitis. Plura Aluarus Gometius in eius Vita. Claruit sub Maximiliano Imp. anno 1510. r).

FERDINANDVS DIAZIVS. s)

FErdinandus Diazius, Paternianus Toletanus, Grammaticam Chaldaicam scripsit circa annum 1520.

ROCHVS ALMEIDA,

Lusitanus.

DE eo sic Nicolaus Clenardus lib. 2. Epistol. p. 229. edit. Plantin. *Præter cæteros Lutetiæ mihi cognitos, Monachus etiam quidam Lusitanus, ex instituto Franciscanorum, Rochus Almeida, mire mihi deditus erat, adeoque me docente captus erat amore literarum Hebraicarum, ut hac sola gratia paucis postea diebus se contulerit Lovanium; & cum ferme quotidie Hebraicaster commearet ad nostrum Collegium, crebro etiam aliis de rebus mecum familiariter agebat.* Claruit anno 1525.

r) Vitam finiit an. 1517. VI. Iduum Novembr. anno ætatis ferme LXXX. Ita enim traditur in Epitaphio, quod Ximenii tumulum Compluti ornat. Lege præterea nostri vitam à *Marsolerio* gallice descriptam & Paris. 1704. in 8. editam, & aliam à *Flecherio* publicatam ibidem 1693. 4. itemque Comparationem Ximenii & Richelii Roterod. 1705. per Richardum publici juris factam. Jungere his juverit Cl. *Hermanni Hardtii* Memoriam Secularem Ximenii Helmstad. 1717. 8. *Bartoloccii* Biblioth. Rabbinic. Tom. IV. p. 191. *Imbonati* Bibliothecam Latino-Hebraic. pag. 48. sq. *Bullartii* Academiam Scientiarum & Artium Tom. I. f. 19. *Antonii* Biblioth. Hispanicam Novam, &, ut alios taceam, *Thomæ Pope Blount* Censuram celebrium Auctorum p. 369.

s) Ferdinandus Diaz Patermanus (Paternianus est in Gesneri epitome) Toletanus (ait Valerius Andreas in Catalogo) scripsit Grammaticam Chaldaicam. *Ita de nostro Nic. Antonius in Bibliotheca Hispanica Nova Tom. I.* p. 286.

JACOBUS LOPEZ STUNICA. t)

Circa annum 1530. claruit Jacobus Lopez Stunica, Hispanus, vir in Philosophia, Theologia, & linguis Græca, Hebraica & Arabica versatissimus. Varia scripsit adversus Erasmum, Fabrum Stapulensem & alios, quorum Catalogum habes apud Simlerum in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome.

Testimonia de Stunica & eius scriptis.

JOh. Albertus Widmanstadius Epist. Præf. ad Ferdinandum Imp. in N. T. Syriacum, Viennæ 1555. *Nebrissensem eadem fere ætate Jacobus Lopes Stunica, ex equestri ordine, doctissimus Theologus, strenue adeo secutus est, ut Græca, Hebraica, & Arabica percalluerit, mihique se apud Inachum Mendozam Burgensem Antistitem, in Mahomedis Alinssarii * Commentariis, quos in Jaromum, Grammaticum Arabem, olim scripsit, explicandis, doctorem præbuerit & fide & diligentia excellentem.*

* Vide annon is sit Muhammed filius Ahmedis Hasanei, cuius Commentarius MS. in Grammaticam Giarumiam in Bibliotheca Genevensi asservatur, Hottingero teste Epist. Præfat. in Gramm. Chaldæo-Syram.

Erasmus Petro Barbirio, ex Anderlaco 6. Kal. Julias 1521. *Tandem nactus sum librum, quem in me scripsit Jacobus Lopis. Stunica, ut non paulo doctior, ita minus virulentus, si ad Lei calumnias conferatur. Cuius ego laudibus adeo nihil detraham, ut velim etiam conduplicatum, quod sibi liberalissime tribuit, ingenium, memoriam, iudicium, eruditionem, lectionem sacrorum voluminum, peritiam linguarum, denique & Grammatices.* Plura ibidem Erasmus, ut in aliis scriptis sæpissime.

Gyraldus in Historia Poëtarum sui temporis, To. 2. Operum,

t) Hispanis communiter *Didacus Lopez de Zuniga* appellatur, de quo legendi præ ceteris fuerint *Andreas Schottus* & *Nic. Antonius* in Bibliothecis Hispanicis. Posterior hic scripta nostri diligenter recenset, eumque Neapoli, quo paulo ante profectus erat, circa annum 1530. fatis functum esse testatur. *Didacum Zunigam* alium, Neapolitanum, origine Hispanum, ex S. J. video laudari in Nicolai Toppii Bibliotheca Neapolitana p. 70. Claruit is anno 1670.

Operum, p. 404. edit. 1580. *Multos Hispanos cognovi & versu & prosa sed doctrina magis præstantes, ut Job. Genesium Sepulvedam & cum eo Stunicam qui cum Erasmo inimicitias gessit, cum eoque certavit pietate magis quam doctrina.*

ANTONIVS PHILIPPVS,
Lusitanus Eborensis.

DE eo in hæc verba Nicolaus Clenardus p. 246. Epistol. *Missos faciam reliquos, ut properem ad Antonium Philippum. Est hic Antonius inter Eborenses summi nominis, & quod me titillabat, libris Arabicis instructus quam plurimis* Paulo post: *Salmantica cum rogassem, nunquis esset in Lusitania peritus Arabice: Est, inquit Resendius, Medicus quidam doctissimus, qui te ad saturitatem doceat.* Plura ibidem Clenardus. Idem p. 7. *Est nobis hic Medicus Arabica lingua callentissimus; homini molestus sum futurus, cum istos, quos dixi, libros accepero.* Claruit anno 1536.

ANTONIVS PARRAGES,
de Castilegio.

CIrca annum 1540. claruit Antonius Castilegius, Archiepiscopus Calaritanus, Hebraicæ, Græcæ, Latinæ linguæ doctissimus, Ecclesiastes Regius, & olim Cæsareus. *Hæc Gul. Zenocarus in Vita Caroli 5, Gandavi excusa anno* 1559.

ÆLIVS ANTONIVS *Nebrissensis.* u)

AElius Antonius Nebrissensis, inter literatos ingenti in pretio stetit anno 1494. & deinceps. Is expulsa barbarie & literis Latinis, Græcis, ac Hebræis postliminio restitu-

u) Is est, qui alias *Antonius de Lebrixa*, h. e. Nebrissensis vocatur. Ipse *prænomine AELII usus est in Betica sua provincia Romanis monumentis frequenti, ad imitationem illius ætatis hominum; qui antiquitatem admirabantur, nec tamen derelicta Iustrica & christiana appellatione.* Ita *Nic. Antonius* in Bibliotheca Hispanica Nova Tom. I. p. 105.

restitutis, ex Grammatico & Rhetore Regio factus est Historiographus Regius. Reliquit Decades duas de rebus gestis a Ferdinando Catholico, & Isabella coniuge; sed ex priori Decade, culpa plagiariorum, tres postremi libri, ex posteriori pars quarti & sex sequentes perierunt. Praeterea condidit Libros duos de Bello Novariensi, Decadum volumini modo memorato subnexos, & alia non pauca. Obiit anno 1544. aetatis 77. x) Moriens Opera sua castiganda testamento reliquit Ario Barbose Lusitano, Angeli Bassi discipulo, de quo doctissimus Gyraldus Dialogo I. Poëtarum sui temporis, y)

Variorum Testimonia de Nebrissensi & eius scriptis.

PAulus Jovius in Doctorum virorum Elogiis: *Hispania per mille amplius annos; Vandalicis Punicisque armis occupantibus, Latinarum literarum splendore caruit, alioqui non obscura telluris, caeli que temperie maximorum ingeniorum ferax, si Lucani, Senecarum, Silii, Martialisque memoria recolatur, ut hic Averroem in Arabica lingua, sapientia lumine clarissimum omittamus. Hispaniae enim proceres, totaque nobilitas perversam opinionem de literis induerant; sic, ut earum studia, cum pro libertate adversus externas gentes dimicarent, publica conspiratione damnarentur, quasi aliena, importunaque virtuti bellicae, qua una salus & libertas omnium certiore laude pararetur. Sed post Punicum nomen, virtute Ferdinandi Regis Hispania pulsum, Antonii Nebrissensis ingenium emicuit; par antiquis Grammaticis, si par fortuna seculi*

x) Cave credas. Obiit enim ex apoplexi anno MDXXII. die II. Jul. anno aetatis LXXVII. cum natus esset anno MCCCCXLIV. Auctor idoneus & locuples testis, est *Nic. Antonius* l. c.

y) Haec omnia hausit noster ex *Gerhardo Joh. Vossio* de Historicis Latinis lib. III. cap. XI. p 659.

ſeculi anhelanti ad veterem laudem opportune reſpondiſſet. Hic Nebriſſæ, quæ olim Veneria fuit, ad Bethim natus, ſcribendo & docendo iuventutem, admonitis caſtigatisque natu maioribus, ad antiquum decus literarum vehementer erexit. Conſtat enim eum, literarum amore ſponte exulantem, fere totius Italiæ Gymnaſia colluſtraſſe; collegiſſeque dignos nobili voto, Græcæ Latinæque linguæ Theſauros, quibus terra patria ditaretur. Dicebat enim proceribus ad arma natis, ſero exacta artis & diſciplinæ exempla, vel longo uſu percepturos, ſi literarum lumine carerent; quo uno ſtolide ſublato, tota bellica laus celeriter evaneſcit & intercidit. Paucis itaque annis effectum eſt, ut nemo, qui literarum ſtudium reformidaret, ſatis nobilis haberetur, ipſeque Antonius, non ſecus de reſtitutis poſtliminio literis, quam Ferdinandus, Granata capta, Maurisque pulſis, glorioſe triumpharet. Scripſit, ingenti curſu orſus a Grammaticæ præceptis, omnes fere liberales diſciplinas & ſacras literas pervagatus, multa volumina, quæ extant. Expectatur autem ſummæ utilitatis Dictionarium, yy) *quo Latinæ, Græcæ, ac Hebraicæ linguæ documenta continentur, ab herede filio hactenus impie ſuppreſſum, quum & ipſa quoque pene ad exitum perducta, Bethici belli hiſtoria in lucem non prodeat. Oppreſſit eum repentina paralyſis, quum ad ſeptuageſimum ſeptimum ætatis annum perveniſſet; tanto quidem corporis ingeniique vigore, ut nihil de ſtudiorum labore omnino remitteret, & ut natura mulieroſus, ad ſupremum uſque diem venereis uteretur.*

Joh. Albertus Widmanſtadius Ferdinando Imp. in N. T. Syriacum edit. Viennenſis: *Intra idem annorum ſpatium, quo Capnion, Aelius Antonius Nebriſſenſis in Hiſpania, ante Vandalica & Punica arma in eam illata, maximorum*

Ff ingenio-

yy) Habuit Dictionarium hoc auctoris manu ſcriptum, ſed ad finem non perductum, *Alphonſus Ciacconius*, quod ipſe in *Bibliotheca* ſua *Univerſali* teſtatur.

ingeniorum feracissima, literas Latinas, Græcas & Hebræas postliminio restituit, nostro Capnione hoc infoelicior, quod Hispani sui literarum studia, tanquam virtuti bellicæ importuna, tum iudicarent.

Erasmus Ludovico Vivi Lovanii 1519. *Academia Complutensis non aliunde celebritatem nominis auspicata est, quam a complectendo linguas ac bonas literas. Cuius præcipuum ornamentum est egregius ille Senex, planeque dignus, qui multos vincat Nestoras, Antonius Nebrissensis.*

Gyraldus Dialogo 2. Poëtarum sui temporis: *Cognovi Antonium Nebrissensem adolescens Bononiæ, ubi per aliquot annos commoratus est, & ibidem certa dedit suæ variæ doctrinæ documenta.*

Joh. Vasæus in Chronico Hispaniæ c. 4. *Rodericus Ximenes Navarrus, Archiepiscopus Toletanus, res in Hispania gestas novem libris complexus est. Quod opus Xanthus Nebrissensis, vir, ut apparet, eruditissimus, & Patris doctissimi studium in iuvandis studiis referens, in lucem edidit, sed vel exemplarium penuria, vel temporum iniuria mire vitiatum.*

Alphonsus Garsias Matamorus in Libello de eruditis Hispaniæ viris: *Hoc toto tempore, quod longissimum a Boetio fuisse videmus, altissimas egerat barbaria radices, & nemo ex tot hominum millibus fuit, qui immane hoc & ferale monstrum, aut domi privatis studiis auderet conficere, aut a finibus Hispaniæ pellendum tentaret; donec tandem post multa sæcula natus est felicissimis fatis in Bætica Antonius Nebrissensis, qui literis ac disciplinis omnibus, quibus eo tempore florebat Italia, tanquam ex longa siti avidissime haustis, atrox, quod vixit, ac crudele bellum cum Barbaris gessit. Quod si propter insitas inveteratasque mentibus hominum persuasiones, conficere omnino non potuit, magna certe ex parte*

fregit

fregit ac debilitavit. Hic quidem fuit magnus Hispaniæ Aristarchus, præclarus Orator, multæ & variæ lectionis; sed Historiam, quam de gestis a Ferdinando Augustissimo Rege conscripsit, tenui ac deiecto quidem stylo, parumque diligenter est prosecutus, sive quod magni viri sit, ut ait Cicero, historiam conscribere, sive quod Ferdinandi Pulgaris (quod negare equidem non possum) in sermone Hispano eloquentissimi; interpretem, ut fama est, perfunctorie egerit.

Gabriel Naudé dans son Jugement sur les Libelles faits contre le Cardinal Mazarin, pag. 97. de la 2. edition: *Il m'a esté impossible iusques a cette heure de rencontrer dans tous mes Bouquins les Vrais noms de Robert de Sorbonne, de Petrus de Apono, de Gentilis de Fulgineo, de Petrus de Aliaco, de Nicolas de Clemangis, d'Ambrosius Calepinus, d'Antonius Nebrissensis, de Petrus Marsus, d'Antonius Minturnus & d'Andreas Alciatus.*

Jocannes Huartus in Libro inscripto: *Examen de Ingenios*, Lugd. Bat. 1603. p. 182. *Es de saber, que el maestro Antonio de Lebrixa, avia venido ya a tanta falta de memoria, por la veiez, que leya por un papel, la lection de Rhetorica a sus discipulos; y como era tan eminente en su facultad, y tenia su intencion bien provada, no mirava nadie en ello: pero lo que no se pudo suffrir, fue, que muriendo este repentinamente de apoplexia, encomendo la universidad de Alcalá, el sermon de sus obsequias, a un famoso predicador: el qual invento y dispuso, lo que avia de dezir, como meior pudo: pero fue el tiempo tan breve, que no vuo lugar de tomar lo de membria: y assi se fue al pulpito, con el papel en la mano, y entró diziendo assi: Lo que este illustre Varon acostumbrava hazer (leyendo a sus discipulos) esso mesmo traygo yo determinado de hazer a su imitacion; porque fue su muerte tan repentina; y el mandarme, que yo predicasse en sus obsequias, tan acelerado, que no he avido lugar ni tiempo de estudiar, lo que convenia dezir, ni para recogerlo en la memoria: lo que yo he podido trabaiar esta noche, traygo escripto en este papel. Suplico a vuestras mercedes lo oygan con paciencia, y me perdonen la poca memoria.*

Parecio tan mal al auditorio esta manera de predicar por escrito, y con el papel en la mano, que todo fue sonreyr, y murmurar.

Thevet To. 2. de sa Cosmographie p. 493. *Passeray-ie sous silence Antoine de Nebrisse, lequel, quoy qu'il ne porte que tiltre de Grammairien, si est-ce qu'il n'y a eu homme de son temps, par le iugement des doctes, qui l'ayt surpassé en sçavoir, en quelque science qu'on l'ayt voulu prendre?*

Joh. Mariana Rerum Hispanic. lib. 26. c. 5. *Johannis Stunica, iam Cardinalis, in familiam asscriptus fuit Antonius Nebrissensis, immortali laude vir, eique Dictionarium Latino-Hispanum nuncupavit, eruditione & ob restitutam in Hispaniam Latinam linguam, barbarie profligata, promeritus, ut nomen eius Historiis Hispaniæ inseratur; sed & multorum Librorum editione: in quibus de bello Granatensi & Vasconum Commentaria confecit atque reliquit, aliquanto quidem maiori diligentia & fide, quam dictionis elegantia.*

De eodem Jacobus Lopez in Evangel. Marci c. 5. v. 41. & in Epist. ad Rom. c. 15. v. 24. Erasmus contra Jac. Lopez ad eadem Marci & Pauli loca, ut in Ciceroniano; Hieronymus Magius To. 2. Thesauri Critici p. 1360. Cyprianus a Valera in Tractatu Hispanico de Papa p. 242. edit. 1599. Casaubonus in Epistolis p. 501. edit. Hagiensis; Petrus Pithoeus ad Poëmatia vetera p. 458. Vossius in Opere de scientiis Mathematicis p. 251. & alii plures. z)

DIDA-

z) Vitam ejus descripserunt *Martinus Ivarra N. de Ledesma*, *Balthasar de Gadea*, & *Aranda Granatensis*. In summam vero curate, emendatis etiam aliorum erroribus, retulit *Antonius* l. c. p. 104.-109. & Tom. II. in Appendice p. 282. Vtrinque & scripta ejus, & eruditorum de illis præclara judicia magno numero afferuntur. Junge illis *Obilinum* Tom. II. Theatri pag. 71. *Lud. Ellies du Pin* in Bibliotheca nova Scriptorum Ecclesiastic. Tom. XLV. p. 120. & *Paul. Freherum* in Theatro pag. 1448. Variorum in ipsum epigrammata habes in Nic. Reusneri Iconibus exterorum plagula L. 5.

DIDACVS HVRTADVS MENDOZA
Granatenſis.

Circa annum 1546. a) claruit Didacus Mendoza, vir linguarum Latinæ, Græcæ, Arabicæ & aliarum peritus, ut in quadam ad eum Epiſtola tradit Paulus Manutius. Cui ſuccinit Claudius Clemens in Deſcriptione Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii Eſcurialis: *Didacus Mendoza*, inquit, *Græcis exemplaribus partim conquirendis in media Græcia, partim è Beſſarionis Card. Nicæni Bibliotheca deſcribendis operam ſumptusque impendit. Navem præterea, Græcis calamo exaratis libris onuſtam, a Turcarum Imperatore obtinuit. Moriens legavit Regi ſuam Bibliothecam; refertam plurimis & vetuſtis illis codicibus Græcis, Latinis, Arabicis, tam impreſſis quam MSS. quas linguas egregie callebat.* Hucusque Clemens.

Teſtimonia de Mendoza & eius ſcriptis.

Alexander Barvoetius Jeſuita in Catalogo Codicum MSS. Biblioth. Scorialenſis, Origenis * Homiliis in Jeremiam a Balthaſare Corderio editis, præfixo: *Codices ſinguli Didaci de Mendoza, manu illius notati omnes, adſcripto nomine in prima pagina. Magnus autem hic vir, uti erat literarum ac literatorum amantiſſimus, ſumma diligentia maximisque ſumptibus hos Codices undique conquiſivit ex Oriente, dum Venetiis degeret Regis apud Rempublicam Legatus. Magnum autem ad hoc illi incremen-*

* Sic legendum, non *Cyrilli Alexandrini*, ut nos docuit vir præſtantiſſimus Emericus Bigotius, in Epiſtola ad Iſ. Voſſium MS.

a) Obiit anno 1575. teſte *Auberto Miræo* in Auctario de Scriptoribus Eccleſiaſticis pag. 201. edit. Hamburg. & ex hoc *Nic. Antonio* in Biblioth. Hiſpan. Nova Tom. I. p. 224. præter quem conſuli poterit *Aymonius* in præfatione ad librum Hagæ 1716. in 12. gallice editum, ſub titulo: *Maximes Politiques du Pape Paul III. touchant ſes demelez avec l'Empereur Charles V. au ſujet du Concile de Trente, tirées des lettres anecdotes de Don Hurtado de Mendoza, ſon Ambaſſadeur à Rome, & publiées en Eſpagnol & en François.* Excerpta hæc ſunt ex epiſtolis XXXVII. quas *Mendoza* noſter ab anno 1547. 15. Maji ad 1549. 17. Aprilis exaravit. Confer *Journal Literaire* Tom. VIII. p. 237. ſqq.

mentum attulit submissa illi ab Imperatore Turcarum navis, Graecis Codicibus onusta, dono missa ob obsequium aliquod praestitum in remittendis quibusdam captivis Imperatori Turcarum charis in paucis. Ex iis tamen libris quidam etiam ab aliis sublati sunt, & in aliis Italiae Bibliothecis collocati.

Amatus Lusitanus Schol. in curat. 1. Cent. 1. Avisenae: *Conveneram Jacobum Mantinum Hebraeum, cum Venetiis agerem ad totum Avicennae vertendum opus, & quasi iam in hanc meam sententiam hominem pertraxeram, nisi Patricius quidam Venetus, Damascum Syriae civitatem petens, ut ibi publicus Venetorum esset negotiator, secum duxisset: a quo itinere Didacus Mendozius, Caroli 5. Imp. apud Venetos vigilantissimus Orator, illum nunquam retrahere potuit; ubi intra paucos dies vitam cum morte commutavit.*

Sebast. Foxius Morzilius in Epistola ad Franciscum fratrem, de Philosophici studii Ratione: *Procli si Theologia (quam se mihi habere dixit aliquando D. Diegus Hurtadus Mendoza, summa vir eruditione ac nobilitate illustris, Caroli 5. Caesaris apud Rom. Pontif. Legatus) extaret, magnam profecto Platonis scriptis lucem afferret.*

Gesnerus in Bibliotheca 1545. *Diegus Hurtadus a Mendoza scripsit Paraphrasin in totum Aristotelem; De Tunetana Expeditione Historiam, cui ipse interfuit & praefuit. Habet multos in Bibliotheca sua* b) *(qua instructissima est) authores antiquissimos, quos propediem volente Deo in reip. Literariae gratiam evulgabit.*

De eodem Arnoldus Peraxylus Arlenius Epist. Praefat. in Josephum & Polybium; Hugo Favolius in limine Itinerarii Byzantini, Lovanii 1563. Mich. Neander in prolixa Praefat. de Bibliothecis, Basil. 1565. Paulus Sarpius in Historia Concilii Tridentini, non semel; Petrus Aretinus in Epistolis, & alii. c)

FRAN-

b) Illa deinceps in Escurialensem transiit. Vide praeter *Antonium* l. c. pag. 223. *Ludovicum Jacobum à S. Carolo* in Tractatu de Bibliothecis cap. I. §. 4. & Cl. *Christoph. Augustum Heumannum* in Schediasmate de libris Anonymis & Pseudonymis p 93.

c) Inter Poëtas Hispanos nostrum commemorat *Adrianus Bailletus* in Judiciis Eruditorum Tom. IV. Part. III. n. 1212.

FRANCISCVS à BOVADILLA & MENDOZA. d)

HUnc ſic alloquitur Andreas Lacuna Segobienſis Medicus, Epiſt. Præfat. in Epitomen Galeni, 1551. *In te ſi Latinæ, Græcæ atque Hebraicæ linguæ paritatem ac proprietatem requirat quis: ſi artium omnium liberalium ornatum: ſi Jurisprudentiæ Theologiæque veluti ſummum apicem, univerſas, inquam, has ſcientias & facultates reperiet abſolutiſſimas.* Firmat Petrus Nannius Epiſtola Præfat. in Paraphraſ. Cantici Canticorum, Lov. 1554. *Nyſſeni Paraphraſes in hunc Librum integræ ſuperſunt, quas videndas mihi præbuit vir trium linguarum peritiſſimus Fr. Mendozius, Cardinalis Burgenſis.* De eodem alii multi.

DOMINICVS BANNES. e)

DE ſuis Hebraicis ſtudiis in hæc verba Dominicus Bannes Monachus ordinis Prædicatorum, & apud Salmanticenſes Theologiæ Profeſſor, in primam partem D. Thomæ, quæſt. 1. Artic. 8. Concluſ. 7. *Multi ſunt viri doctiſſimi qui Heb. exemplarium magnis rationibus & teſti-* moniis

d) *Franciſcus de Mendoza & Bovadilla*, Didaci Hurtado de Mendoza & Eliſabethæ à Bovadilla, Comitum de Cannete, filius, Conchæ, aliis Cordubæ, natus an. 1508. Græcæ primum linguæ doctor in Academia Salmanticenſi, hinc Toletanæ Eccleſiæ Archidiaconus, poſtea Caurienſis, tum Burgenſis Epiſcopus ac denique, ex beneficio Pauli III. Purpuratis Patribus adſcriptus, obiit an. MDLXVI. die I. Decembr. ætatis LVIII. Latius hæc narrando perſequitur *Nic. Antonius* in Biblioth. Hiſpan. Nova Tom. I. p. 341. qui & ſcripta ejus tum edita, tum inedita, inter quæ Annotationes in *Jeſaiam* ex Hebræis interpretibus decerptæ, eminent, enumerat, uſus eam in rem epiſtola Alexii Vanegas nuncupatoria, quæ in limine operis eius *de differentia librorum* exſtat.

e) *Dominicus Bannez*, vulgo Mondragonenſis creditus, revera autem Balmaſedanus. Cantaber origine, patria vero Pincianus, quod ab Ipſo ſe accepiſſe Joannes de Ponte in eo, quod de Monarchiis Catholicis publicavit, opere atteſtatur. Ita *Nic. Antonius* in Bibl. Hiſp. Nova Tom. I. p. 253. quem ſequitur *Jac. Quetif* de Scriptoribus Ordinis Prædicatorum Tom. II. p. 352.

monii integritatem defendendam suscipiunt, tametsi ingenue fateantur, paucula quædam loca errata non tam Judaeorum malitia quam humana incuria fuisse. Et quidem ego postquam abhinc annos octo Hebraea lingua operam dedi, quantum satis est ut Rabbinorum Sectatores non me fallant, aut quasi ignorantem spernant, quamvis olim opinatus fuerim, Hebraica exemplaria non minus quam Graca esse corrupta; iam tamen experientia ipsa convictus, ea incorrupta esse, nisi in locis quibusdam paucis, negligentia potius quam Judaeorum malitia iudico. Cuius rei facile mihi esset plurima argumenta adducere, nisi Scholastici Doctoris officium timerem excedere. Claruit anno 1550. f)

FREDENANDVS NONIVS,

Pincianus.

FRedenandus Nonius, Pincia, Vaccæorum oppido, natus, atque inde nomen vulgo sortitus, è nobilissima Gusmanorum gente oriundus, literas Hebræas & Arabicas in iuventute primum excoluit, dein cum sub Aelio Antonio Nebrissensi in patria, in Italia Bononiæ sub Phil. Beroaldo literis humanioribus operam dedisset, & Græcam linguam, ad quam èo sæculo fere incognitam incredibili studio ferebatur, inibi didicisset, inde, comparatis magno pretio exemplaribus Græcis domum reversus, primus linguæ illius, qua omnis fere eruditio continetur, usum in Hispaniam intulit, & Ferdinandi Regis, qui patris ipsius in ærarii præfectura sedulo administrata fidem probasset, favore subnixus, cum ad honores virtutis via grassari posset, studia literarum vitæ civili prætulit, & Fr. Ximenio Cardinali, cuius pietati & animi magnitudini tantum Hispania debet, operam suam & industriam in procudenda illa ad omne æuum duratura Bibliorum editione addixit, &

f) Obiit Kal. Novembr. anno MDCIV. ætatis LXXVII. quod testantur Antonius loc. cit. & *Quetif*, qui posterior tamen XII. Kal. Novembr. diem emortualem constituit. Mentio ejus frequens est in Actis Congregationum de Auxiliis, quæ *Jacobus Hyacinthus de Serry* Lovanii in lucem protulit.

& postea Demetrio Lucæ Cretensi, quem Cardinalis ille, ut literas Græcas in nova Academia, a se ingentibus sumptibus Compluti in Carpetanis paulo ante instituta, profiteretur, ex Italia evocaverat, in eo munere successit; deinde Salmanticam divertit, alteram tota Hispania maxime famosam Academiam, in qua & literas Græcas ac Latinas profitendo consenuit, editis, Hermolai Barbari æmulatione, in Plinium, Melam & Senecam Commentariis: Quod ad mores, vir pius & verax, sed dicax & aliorum acerrimus censor, de cætero fastus omnis ac gloriæ contemptor fuit. Vixit coelebs & abstemius, frugali, sed citra sordes, mensa amicos ac discipulos excipiens; tandemque octogenario maior legata Scholæ Bibliotheca, quam instructissimam habebat, & erogatis in pauperum usum facultatibus, placide in Deo obdormivit, anno 1552. g) ad B. Susannæ humili sacello iuxta portam Rivalem, qua ad Tormim fluvium itur, sepultus, ubi & eius tumulo quatuor, nec plura, sic enim extremis tabulis mandaverat, verba inscripta sunt: MAXIMVM VITÆ BONVM MORS. Alia leges apud Andream Schottum in huius Vita. h)

Testimonia de Nonio & eius scriptis.

NIc. Clenardus in Epistolis p. 235. & seq. *Frater Doctoris Poblii, perceptis meis studiis, statim prædicare coepit literatissimum virum Fernandum Nunium, Professorem Græcum, nihilque me gratius facere posse, quam si eum inviserem. Inviso, & caussam, ut fit, peregrinationis sensim aperio. Et quia iam adolescens ille, Chaldæos Arabicosque Professores Salmanticæ desiderari narrasset: verum hunc Nunium, & has olim coluisse literas, rogo,* Gg *nunquid*

g) Vel potius an. 1553. ex fide *Nicol. Antonii* in B. Hisp. Nova Tom. I. pag. 292. qui ibidem in rebus scriptisque nostri enarrandis multus est, & speciatim ad Ximenii vitam à *Gomesio* descriptam provocat.

h) Elogium hoc *Thuano* debet noster. Confer *Anton. Teisserii* Elogia Thuanea Tom. I. p. 67. sqq. & *Thoma Pope Blount* Censuram celebriorum Auctorum p. 428.-430.

nunquid haberet Arabismi? Quid, inquit, tibi cum hac barbara lingua? abunde multum est cum Latinis etiam didicisse Graeca. Laborávi, inquit, & ipse iunior hac insania, nec contentus Hebrais, adieci etiam Arabica. Verum nunc, omissis omnibus, tantum versor in Graecanicis, seduloque coepit me ab isto proposito dehortari, specimenque amici viri primo statim congressu non obscurum exhibuit. Quando enim, semel facta mentione, claris indiciis vehementem amorem testatus fuissem, poterat ansam nactus care vendere codices, quos velut inutiles reiecerat, sed non permittebat humanitas, ut homo omnibus humanitatis artibus excultus, sui spectator commodi, privatum emolumentum anteferret officio fidei. At surdo canebat fabulam, & gestiebam quam primum oculis involare in librum aliquem, qui vocales doceret Arabicas. Instanti & sedulo roganti, cras, inquit, redibis, & ex aceruo meorum Codicum eruemus Arabica, siquidem in praesentia, ubi lateant, ignoro, tam in oblivionem abierunt mihi chartae Machometicae. Reversus postridie, bonis resalutor ominibus, &, en tibi, inquit, quatuor Evangelia pulcherrimis characteribus: alia reperire non potui, etsi diu quaesita. Miscendis postea colloquiis, optimus vir Alphabetum depinxit. Discrimina praeterea docuit inter nonnullas literas, quas confusas gerebam. Hic mihi in Arabicis primus inventus est praeceptor, quem tanti feci & semper facturus sum, ut quicquid per me studiosis huius linguae sit eventurum, totum humanissimi viri beneficio acceptum ferri velim. Qui nisi contigisset Salmanticae, & libros, ut est ad bene merendum expositus, libenter suppeditasset, nunquam curiositatis meae fructum reportassem. Ego tibi, chare praeceptor, & meo nomine, & aliorum omnium, quibus profutura est tua bonitas, hic inter Afros hoc calamo gratias ago sempiternas, & quamvis praesens Epistola non est iis respersa dotibus, ut te dignam sortiatur immortalitatem; tamen quia tuis auspiciis eo pervenimus, ut Machometicas literas conemur in omnes Christianorum angulos invehere, dabimus operam, ut, quemadmodum literas Graecas tibi debet universa Hispania, sic & omnes, quotquot arabicantur, nomen celebrent Fernandi Nunii. Paucis post diebus adeo praeceptorem, qui, simulatque me vidisset, favet, inquit, Machometus tuis studiis non sine risu, reperi libellum rudimentorum, sine quo nihil queas efficere; si-

mulque

*mulque lectitare coepit, me admirante, quod post tantum temporis non penitus omnia homini venissent in oblivionem. Ostendit praterea codicem alterum, * in quo dicebat contineri quicquid esset Grammatica, verum inprimis legendum esse illum exiguum Gurremiam, id libro nomen est. Quare quando me sic animatum conspiceret, iussit, ut quotidie statis horis ad ipsum commearem, se in mei gratiam revocaturum priora studia in memoriam, & Gurremiam interpretaturum. Erat ipse Nunius non immerito prædicator Gurremia, tum quod ei primus obiectus fuit, dum arabicaretur, tum etiam quod & Garnatæ & in Africa quoque ferme hunc libellum initio tradendum arbitrarentur discipulis.*

* Nomine Albucasim.

Bartholomæus Barrientus in Annotationum Sylva cap. 3. *Miror sane diligentissimum atque fortissimum illum Herculem in aggrediundis librariorum monstris, & expurgandis, emendandisque Codicibus Ferdinandum Pintianum, inclytæ Salmanticensis Academiæ utriusque linguæ Professorem, in suis Plinianis observationibus locum hunc latuisse.*

Cyprianus à Valera in Tractatu Hispanico de Papa p. 288. edit. 1599. *Que la lengua Espannola sea tan rica en Refranes y breves sentencias, muestralo muy à la clara el libro de Refranes, que recoligio el Comendador Hernan Nunnez, professor eminentissimo de Rhetorica y Griego en Salamanca. Cuyo intento no solamente fue recolegir tanta infinitad de Refranes Espannoles, mas aun queria (si la muerte no lo impidiera) glossarlos y declararlos: como hizo Erasmo en los Proverbios Latinos. Cierto si el Comendador saliera con su intento, nuestra lengua Espannola tuviera un gran tesoro.*

Isaacus Vossius Præfat. ad Lect. in Melam, 1658. *Ex iis qui Castigationes in hunc edidere authorem solus nobis profuit, Pintianus. Vir iste quantumvis nobili apud suos ortus loco, plus tamen literis quam natalibus debet.*

De eodem Jacobus Lopez Stunica in v. 24. c. 15. Epistolæ ad Rom. & alii.

MARTINUS MARTINEZ,

Cantapetrensis.

Sub idem tempus, quo Pintianus fatis concessit, linguam Hebræam Salmanticæ docuit Martinus Martinez, cuius extant in eandem linguam Institutiones Parisiis excusæ, i) & Hypotyposeon k) Liber ab Expurgatoribus Romanis damnatus, nisi sit ex impressis ab anno 1582.

LOISA SIGÆA,

Toletana.

Debito fraudanda non est elogio Loisa Sigæa, Toleti in Carpetanis nata, linguarum Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ, & Arabicæ ad miraculum in hoc sexu perita, ob idque in aulam Reginæ Lusitaniæ ascita, ubi & non modicas opes ex regali munificentia sibi paravit, & Angelam sororem paribus ingenii dotibus excultam habuit; a Joh. Vasæo, Andrea Resendio, Aluaro Gometio, & Francisco Luisino certatim laudata, quæ cum Burgis postea domicilium fixisset, a Fr. Cueva marito ante diem, superstite ex ipsa filio, elata est 3. Id. Octobres anni 1560. l) Testi-

i) Institutiones linguarum Hebr. & Chald. lucem viderunt *Paris.* 1548. & *Salmantica* 1571. 8.

k) Hypotheseon Theologicarum libri X. prodierunt *Salmantica* 1565. fol. de quibus videre licet *Andreæ Riveti* Opera Tom. II. p. 895.

l) Habet hæc *Thuanus*, ex quo & repetiit *Teisserius* cum quibusdam suis accessionibus in Elogiis Thuaneis Tom. I. p. 191. sq. Compara *Nic. Antonium* in Biblioth. Hispan. Nova Tom. II. p. 57. sq. *Joannem Vasæum* in Chronico Hispaniæ cap. IX. *Christian. Junckerum* in Centuria Foeminarum eruditarum pag. 126. & *Jo. Casp. Ebertum* in Theatro feminarum eruditarum pag. 336. sq. Quæ sub illius nomine exstat *Satyra Sotadica*, ex orco nata & perpetuis tenebris damnanda, nomen mentitur, quod conjecturis primum assecutus est *Dan. Georg. Morhofius* in Polyhistore Literario lib. I. c. 8 argumentis autem idoneis confecerunt alii, verumque ejus auctorem, *Jo. Westrene*, JCtum Hagiensem, indicarunt. Lege B. *Jo. Mölleri* Homonymoscopiam p. 35. & annotationes ad Morhofii Polyhistorem p. 81.

Testimonia de Sigæa.

LUdovicus Nonius in Hispania p. 185. edit. Antverp. 1607. *Non pigebit referre Aloysiam Sigaam, virginem Toletanam, qua cum sui avi doctissimis viris conferri posset, fuisseque 5. linguarum adeo peritam, ut non immerito Paulus tertius Pont. Rom. literas illius ad se scriptas videns, Latine, Grace, Hebraice, Syriace & Arabice, admiratus fuerit in tenella hac & mustea virgine tam multiplicem ingenii fructum.*

MARTINVS PERESIVS AYALA.

MArtini Peresii (cuius extat Liber de Traditionibus) m) in Hebraicis peritiam laudat Benedictus Arias Præfat. in Versionem Latinam ex Hebræo Itinerarii Benjaminis: *Superioribus annis*, inquit, *Tridenti agenti, mihi amici cuiusdam Veneti munere libellus Heb. contigit, Constantinopoli allatus, cuius inscriptio erat* Mazzaghoth Beniamin; *quem cum Martino Ayala, tunc Segobiensium Episcopo, doctiss. pariter ac piissimo viro, neque Ebraica lingua ignaro ostendissem, ut ad doctorum utilitatem Latinum facerem, sepissime monitus fui*, Claruit anno 1560. n)

HIERONYMVS MVNNOS.

HIeronymus Munnos linguæ Hebraicæ o) & Mathesios in Valentiana Academia professor, scripsit de nova

 Stella

m) Libri decem de divinis Apostolicis atque Ecclesiasticis traditionibus, deque autoritate ac vi earum sacrosancta assertiones lucem adspexerunt Coloniæ & Paris. an. 1549.

n) Obiit an. 1566. Nonis Augusti, cum secundum & sexagesimum ætatis nondum absolvisset. Vide *Nic. Antonii* Hispan. Novam Tom. II. pag. 87. qui inter cetera ipsi p. 88. tribuit *Doctrinam Christianam* Arabice & Hispanice in usum recens ad Christum conversorum Valentiæ anno 1566. 8. editam.

o) La linguarum fuit Græcæ Hebraicæque notitia & comprehensione, ut non sine idoneo teste affirmare possimus, Hebraicas eum literas Ancone in Piceno Italiæ docentem pro vere ab Hebræis nato interque eos edu-

Stella quæ sub Cassiopeæ asterismo anno 1572. p) conspecta est, de qua etiam Thaddæus Hagecius & Fabritius Polus in Germania, Thomas Diggesseus in Anglia, Tycho Brahe in Dania & alii plures. Claruit anno 1570.

FRANCISCVS FORERIVS,
Vlyssipponensis Lusitanus.

FRanciscus Forerius, Ordinis Prædicatorum & Regum Lusitaniæ Ecclesiastes, vir in Hebraica lingua, in qua Angelum Caninium audivit, versatissimus, super alia opera, quæ recenset Sixtus Senensis, scripsit Commentarium in Esaiam, q) in quo ex Hebræo textu reconditos sensus doctissime rimatur. De eius morte, (quæ contigit anno 1580.) sic illustrissimus Thuanus Historiarum libro 70. *Almada, in ulteriore Tagi ripa, Coenobium Dominicani sodalitii colli superstructum est, cui Fr. Forerius Olysiponensis, eundem ordinem professus, præerat, magnæ eruditionis Theologus, & non solum scriptis editis, sed Synodi Tridentinæ, cuius pars magna fuit, actione clarus. Is a Castellensium partibus maxime omnium alienus, ex superiore loco tanquam ex specula commissas utrinque acies anxie spectans, ubi suos partim cæsos, partim in fugam versos vidit, tam vehementi seu pavore seu moerore correptus est, ut sella, in qua sedebat, præ indignatione eversa, retro aversus supino corpore*

---

cato, potius quam pro Valentino inter Hebræos ipsos constanter habitum. Hoc est de nostro judicium *Nic. Antonii* l. c. Tom. I. p. 447. qui & *Alphabetum* ejus *Hebraicum* cum ratione legendi cum punctis apud Gabrielem Soram, Aragonensem, exstitisse testatur, quod lucem unquam vidisse non puto.

p) Tractatus hic ex Hispanico gallice conversus Parif. 1574. 8. prodiit.

q) Lucem is adspexit *Venet.* 1563. fol. & *Antwerp.* 1565. & 1567. 8. una cum vetere & nova ex Hebraico versione. Idem in Criticis Sacris Londinensibus locum tuetur. Cetera ejus scripta, sed ἀνέκδοτα, recensentur à *Nic. Antonio* in Biblioth. Hispan. Nova Tom. I. pag. 326. & *Jac. Quetif* in Bibliotheca Scriptorum Ordinis Dominicanorum Tom. II. p. 261. *Lexicon Hebraicum* maximis vigiliis non solum ex aliis Lexicis, sed & examinatis locis à se confectum ipse memorat in præfatione ad amicos, quæ Commentario in Jesaiam est præmissa.

pore corruerit , & defixis in coelum oculis obrigescens , nulla voce emissa , subito exspiraverit , haud multum sexagenario maior. r) Hæc Thuanus. s)

Testimonia de Forerio & eius scriptis.

Sixtus Senensis in Bibliotheca S. pag. 366. edit. Venetæ: *Fr. Forerius, ex ordine Prædicatorum , Theologus & Philosophus summa eruditione insignis , Latinæ , Græcæ , & Hebraicæ linguæ peritissimus , ac plane dignus , quem Sacrosancta Tridentina Synodus ad Censuram totius Christianæ Bibliothecæ una cum plerisque doctissimis viris eligeret ; Libros Job , Davidis , Salomonis , & Prophetarum omnium ex Hebraica veritate de verbo ad verbum vertit. Vivit adhuc usque ad humanæ salutis annum* 1566. *doctrina & morum integritate celebris , & in sancta divinorum voluminum explanatione diu noctuque perseverat.*

Hiero-

r) Longe alia de obitu nostri tradit *Quetifus* l. c. *Ad suos* , inquit is, *reversum anno* 1566 *sodales Olissiponenses sibi præfecerunt Priorem , deinde in Comitiis ad Septembrem MDLXVIII. coactis Patres Provincialem assumsere : quo munere fungens conventum in Almada non longe ab urbe regia erexit , in quem ut secretiorem locum à munere expleto MDLXXI secessit studiis deinceps unique saluti vacaturus: ubi & obiit morbo sublatus anno MDLXXXI. Januarii X. & in aula capitulari sepultus ; Ex quo evanescit , quod fabulantur , conspecta ex monte Antonii Cratensis , sui olim discipuli , & ad regnum aspirantis clade , Albanique ducis Hispanorum polemarcha victoris subito ex moerore vehementi exanimem corruisse , & animam efflasse , siquidem prælium illud sex antea fere mensibus Augusti XXV. commissum fuit.*

s) Lege præter citatos *Sousam* in Hist. Provinc. Portugal. Part. I. fol. 196. Part. II. fol. 84. & Part. III. p. 489. *Imbonatum* in Bibliotheca Latino-Hebraica pag. 42. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra Tom. II. fol. 728. & *Rich. Simonem* in Historia Critica V. T. lib. III. c. 15. Auctores Memoriarum Trevoltiensium anni 1710. Tom. I. p. 648. ex nostratibus autem *Paul. Freherum* in Theatro p. 245. *Thom. Crenium* in Diss. de Furibus Librariis p. 56. & in Animadversionibus Historicis Part. X. p. 181. itemque B. *Georg. Serpilium* de Interpretibus Psalmorum p. 604. Atque hi quidem posteriores Forerium vestigia *Jo. Försteri* nostratis secutum esse, post Mart. Delrio Parte I. Adagiorum Sacrorum num. 72. pag. 66. observant.

Hieronymus Magius Var. Lect. lib. 2. c. 8. *Hebrais ςόμωμα dicitur* חלמיש *ut fuit pridem adnotatum a Fr. Forerio Vlyssiponensi, Theologo praclarissimo, in doctissimis suis Commentariis in Jesaiam, ad cap.* 50. *cuius vocis etymum esse dicit a verbo* חלש *inserta litera* מ *id est* domuit.

Cornelius à Lapide in Esaiam Paris. 1622. pag. 10. *Fr. Forerius è S. Dominici familia, illustris Regum Lusitania Ecclesiastes, Prooemio Comment. in Esaiam Tridenti in Concilio Tridentino conscripto, profitetur, se omnem illam suam concionandi vim & gratiam, quam tota Lusitania celebrabat, Prophetis & sacris ac Hebrais fontibus acceptam referre.*

BARTHOLOMÆVS VALVERDIVS GANDIA,

Hispanus. t)

Circa annum 1582. claruit Bartholomæus Valverdius, quem a linguarum cognitione laudat Joh. Crato Epist. Præfat. in Controversias Medicas & Philosophicas Fr. Vallesii: *Barth. Valverda*, inquit, *S. Augusta à Sacris, vir multarum linguarum peritus & eruditissimus, libellum quendam de viris doctis Hispania mihi communicavit.* Cratoni suffragatur Genebrardus in Chronographia p. 170. edit. 1585. his verbis: *Purgatorium ab Hebrais assertum alibi docuimus. Sed & anno superiore Patavii* u) *de ea re certissimas & eruditione plenissimas probationes amicus noster B. Valverdius Gandia Hispanus Hebraice Latineque emisit.* x)

FRAN-

t) *Barthold. de Valverde & Gandia, quem Villena urbs protulit Castella, Valentino regno finitima S. Theologia Doctor multiplicis doctrina merito sub Regibus nostris Carolo & Philippo, quibus fuit à sacris, excelluit:* Hoc nostri est elogium apud *Nic. Antonium* Tomo. I. p. 158.

u) Libri ista est inscriptio: *Ignis Purgatorius post hanc vitam è Latinis Patribus orthodoxis, Hebraorumque doctissimis assertus;* qui una cum aliis nostri tractatibus in publicum exiit Patavii 1581. & Venetiis 1590. 4.

x) .Eruditionem ejus Hebraicam testatur versio Latina commentariis R. Davidis Kimchii in Psalmos priores L. cujus αὐτόγραφον cum aliis no-

FRANCISCVS LVDOVICVS, y)

Lusitanus Olyssiponensis.

FRanciscus Ludovicus S. Francisci, scripsit Globum canonum & arcanorum linguæ Sanctæ, Romæ excusum anno 1586. z) Claruit eodem anno.

DOMINICVS GARSIAS.

DOminicus Garsias, linguæ Hebraicæ apud Complutenses Professor, librum scripsit, cui titulus est: *Propugnacula Religionis Christianæ contra perfidiam Judæorum*, a) de quo adeundus vir summus Joh. Morinus in Exercitationibus Biblicis pag. 22. & seq. edit. primæ. Claruit circa annum 1592. b)

BENEDICTVS ARIAS,

Montanus.

HIc locum iure postulat Benedictus Arias, a loco prope Hispalim, in quo natus est, Montanus dictus, c) vir linguarum Orientalium, Hebraicæ præsertim, cal- Hh lentis-

nostri tractatibus MSS. Romæ in Bibliotheca B. Mariæ Transpontinæ Ordinis Carmelitaram exstare *Bartoloccius* in Bibliotheca Rabbinica Tom. II. p. 31. auctor est. Ejusdem *admonitiones quasdam contra Talmud & explicationem temperamenti Sanctissimi Domini* MSS. in Bibliotheca Ambrosiana servari Antonius l. c. p. 159. testatum reliquit.

y) *Ludovicus à S. Francisco* ab aliis appellatur, nominatimque a Luca Wadingo in Opusculo *de Lingua Hebraica origine* (quod cum *Calasii* Concordantiis prodiit.) & Nic. Antonio Bibl. Hisp. Nov. Tom. II. p. 26.

z) In forma quarti ordinis ex officina Bartholomæi de Grassis.

a) Prodiit liber Cæsaraugustæ an. 1606. in 4.

b) Ex vita excessit anno 1629. Vide *Nic. Antonium* l. c. p. 253.

c) De patria incertum se profitetur idem *Antonius* p. 162. his usus verbis: *Benedictus Arias Montano, quonam loco natus, haud perspicuum est, nam & se ipse libris editis, sive à natali, sive ab altrice urbe Hispalensem cognominare solet*: Nertobriga *autem opidum (id est nunc* Frexenal *Pacensis diœcesis) civem suum constanter ac secundiore fama usque hodie jactat.*

lentiſſimus, deque Eccleſia, Bibliorum Regiorum opere, d) quorum editioni Philippus 2. Hiſpaniæ Rex illum præfecerat, præclare admodum meritus. Quæ res multum illi invidiæ peperit, ſic ut Romam etiam non ſemel proficiſci ad cauſam dicendam neceſſe habuerit, moleſtiam illi maxime exhibente Leone Caſtrio, Canonico Pinciano. Epiſcopatus dignitatem ſæpius oblatam recuſavit, maiorem ut invidiam declinaret, contentus Sacerdotio militaris ordinis equeſtris S. Jacobi. Obiit anno 1598. ætat. 71. e) in patrio rupis ſeceſſu, quo, ut tum reliqua vita, tum moriens, lateret, ſe abdiderat. Scripta memorat James in Catalogo librorum Bibliothecæ Bodleianæ f) Mortuum deflevit Lope de Vega Hiſpaniæ Poëtarum facile princeps his verſiculis:

A qui Montano repoſa
De la Biblia Sacra un Sol
Vn Geronymo Eſpannol
Y un David en verſo y proſa.
No ſe acabara iamas
Aunque en eſtas loſas cupo
Que ſi muchas lenguas ſupo
Son las que le alaban mas.

Variorum Teſtimonia de Aria & eius ſcriptis.

THuanus ad A. 1589. *Benedictus Arias Montanus, lingua S. apprime peritus ac ſumme pius, Bibliis Complutenſibus elegantiore*

d) Hiſtoriam operis egregii habes in diligentiſſimi *Jac. le Long* Bibliotheca Sacra Tom. I. p. 12. ſqq. & in Commentatione Gallicæ de Bibliis Polyglottis Sectione VIII. Vide quoque, ſi placet, Bibliothecam meam Hebraicam Vol. II. p. 341. ſqq.

e) Ita plerique. Alii annum fatalem conſtituunt MDC. diem autem XXII. Maji. Nicolaus autem Antonius MDCXI. Kalendis Juniis obiiſſe tradit, in coenobio Hiſpalenſi, cui præfuerit, honorifice ſepultum.

f) Pleniorem illorum indicem habes apud *Antonium* p. 163. & 164. itemque Tom. II. in Appendice pag. 284. *Imbonatum* in Biblioth. Latino Hebraica p. 12. & *Jac. le Long* in Bibliotheca Sacra Tom. I. p. 614.

tiore forma recudendis a Philippo destinatus, egregiam admodum operam in eorum editione cum Fabriciis Boderianis fratribus Falezianis Antverpiæ navavit, unde sibi æmulos tanto odio accendit, & in iis Leonem Castrensem, qui de 70. Interpretibus Commentarium scripsit, ut ad causam dicendam citatus Romam, vix venia impetrata, pro tantorum laborum præmio secessum in Bætica sua, in quo se, bona conscientia fretus, sacrorum librorum lectione ac lucubratione solaretur, acceperit, ubi & hoc anno decessit, ætatis 71. Hispali proxima ad S. Jacobi, cuius collegii ipse sodalis erat, sepultus.

Cyprianus à Valera Præfat. ad Lect. in Biblia Hispanice versa, 1602. *Plugo à nuestro Dios, movido de la misma misericordia que antes, inspirar en el coraçon de Benito Arias natural de Frexenal de la Sierra (y por esso se llama Montano, al qual yo conoci estudiando en Sevilla) de hazer otra nueva impression: porque la Iglesia de Dios no careciesse de tanto bien: y assi vino, no ha muchos annos, à Anveres: donde à costa del Rey Don Phelipe 2. la imprimio poniendo iuntamente con el texto Hebreo la version Chaldayca, Griega, Syriaca, y algunas versiones Latinas viejas y nuevas. Fue hombre muy docto en diez lenguas. Su iuventud passó en sus estudios en Sevilla: por lo qual, y porque su tierra Frexenal no es lexos, y es del territorio de Sevilla se llamó* Hispalensis *q. d. Sevillano. En Sevilla dio gran muestra en sus estudios de lo que despues avia de ser. Oya de muy buena gana la doctrina de los buenos predicadores de Sevilla: como del Doctor Constantino, del Doctor Egidio, y de otros tales, que Dios levantó en Sevilla en aquel tiempo.*

Sixtinus Amama in Antibarbaro Biblico pag. 96. edit. 1656. *Arias Montanus ob præclaram illam operam, in Bibliorum Regiorum editionem insumptam, variarum hæresium apud Rom. Pontificem postulatus est, ut ex eius Apologia constat, quam Hispanice conscriptam, & in expugnatione Caletana ante annos aliquot inventam, Angli in patriam suam detulerunt, atque in Oxoniensi Bibliotheca etiamnum asservant. Vtinam vero tandem Cl. Theologus Thomas Jamesius, quod sæpe promisit, eiusve in curæ Bibliothecæ successor, scriptum illud Latine versum universo orbi communicaret!*

Gisbertus Schoock Lectoribus in Biblia Regia, Antverpiæ 1572. *Notum facimus, quod in consessu Universitatis Lovaniensis, anno* 1568. *comparuit nobilissimus vir & eruditissimus S. Theol. Doctor, plurimarumque linguarum cognitione admirandus, Dominus & Magister B. Arias Montanus, Aula Regia Catholica Majestatis in Hispania Sacerdos, ab eadem Regia Catholica Majestate in has Germania inferioris Provincias missus, ad S. Biblia variis linguis edenda.*

Guido Fabricius Præfat. in N. T. Syriacum Syro charactere Antverpiæ excusum: *B. Arias Montanus S. Theol. Doctor eximius & πολύγλωττος, tum propter singularem & admirabilem eruditionem, tum propter Christianam pietatem, sinceram fidem, morum integritatem, incredibilem diligentiam, aliasque animi dotes quam plurimas, unus ex tot hominum millibus ad præsidendum Regia & memorabili Bibliorum editioni a Catholica Majestate sapienter delectus est.*

Gaspar Scioppius in Infamia Famiani Stradæ a Johanne Fabro edita Soræ 1658. pag. 139. & seq. *Extat Ariæ Montani Epistola ad Philippum 2. Hisp. Regem, ex Hispanico sermone Latine conversa, cujus exemplum subjicio:*

Sacra Catholica Regalis Majestas.

TAnquam fidelis & obligatus servus secundum simplicitatem Christianam & pro fide in omnibus illis debita, quæ ad Dei vestræque Majestatis servitium & ad rectam Rerum publicarum ipsi subiectarum administrationem pertinent, ut eo nomine, quantum in me est, faciam, testor ac moneo, unam illarum rerum, quas Majestas vestra Gubernatori ac Ministris, qui in Belgio sunt, aut posthac erunt, severissime debet injungere, esse istam, ut caveant Jesuitis commisceri, nec quicquam negotiorum cum illis communicent, neque ad id, quod nunc habent auctoritatis vel opum in his Provinciis, ullam accessionem faciant; in specie autem, ut Gubernator Belgii nemine illorum pro Prædicatore vel Confessario uti audeat; Deo enim & conscientia teste, perspectum habeo, tam hoc quam quicquam aliud

aliud referre ad rem Majeſtatis veſtræ, & ad liberam executionem boni regiminis harum provinciarum. Et Majeſtas veſtra pro certo habeat, perpaucos in Hiſpania inveniri, extra ipſorum Societatem, qui pluribus & certioribus, quam ego, argumentis perſpectum habeant, quæ ſint illorum prætenſiones, ſeu ſtudia, qui fines, quantoque ingenio & conatu ad fines ſibi propoſitos connitantur, ſimiliterque de multis eorum rebus particularibus; quibus obſervandis non ab uno, ſed iam inde a quindecim annis animum adverti. Albanum Ducem in iis, quæ, ipſo Gubernatore, affectarunt, aliquanto trepidiorem fuiſſe accepi, neque dubito, quin eum ad id impulerint cauſæ ad rem Majeſtatis veſtræ pertinentes; quo nomine prius privatim, poſt etiam publice, de illo dolentiſſime queſti ſunt. Nunc ipſum vero ob allatum de novo Gubernatore nuntium triumphant, & glorioſe iactitant, ſe apud illum plus, quam vellent ac poſtularent, commoditatis & auctoritatis habituros. Totus enim noſter, aiunt illi, ſolemni inter illos loquendi modo. Neque vero dubium habeo, quin enixe facturi ſint, quicquid poterunt, ut voto potiantur. Viſum mihi eſt, pro eo ac debeo, eius rei Majeſtatem veſtram peculiari Epiſtola certiorem facere, quam Gaſtelo perferendam credidi, etſi ille argumentum eius ignorat: nec enim me præterit, quos paſſim exploratores habeant, ut, quid de ſuis & alienis negotiis agatur, reſciſcant, quantique nocumenti, & quam tectas exerceant inimicitias contra minoris authoritatis homines, quos quovis modo rerum ſuarum quicquam non ſatis ex ſua libidine attingere intelligunt. Negotia particularia, literis perſcripta, Maieſtati veſtræ tædium afferrent. Ego aliud nec deſidero, nec poſtulo, quam Maieſtati veſtræ inſervire, nec quicquam, ei moleſtiæ adſpergere, cujus Regiam perſonam & coronam Deus longum proſperet ad Sancti ſui nominis gloriam. Antverpiæ a. d. 18. Febr, anno 1571.

S. C. R. M.

Beſa les pies de V. M. ſu
Capellan y criado
BENITO ARIAS MONTANO.

Lipſius Ludovico Perezio Lovanii II. Kal. Jul. 1597. *Ah telum, quod quaſi catapulta miſſum in me venit, de morte optimi Ariæ, communis illius noſtri. In quo etſi priores partes iure tibi tribuo amicitiæ (diutius enim & artius iuncti eſtis) tamen vix amoris, ſi meum hunc animum conſulo, mirifice in virum illum affectum. Meruerat ita ipſe amore, etiam beneficiis; quæ, etſi illo mortuo, æternum apud me vivent. At tu ſolatium a me expectas. Ignoſce, non poſſum: mens, cogitatio, voluntas etiam, excuſſa aut certe concuſſa mihi ſunt. Et quanquam recepi & collegi me nonnihil a primo illo nuncio: tamen ut in mari poſt vehementiorem ventum, commotio &, ut ſic dicam, criſpatio adhuc manet. Quid tamen ſolatio opus eſt? de quo & apud quem? Ariam noſtrum libenter, &, pene dicam, avide, ab his terris turbiſque abiſſe auſim dicere: & diſſenſum hunc veſtrum, fortaſſe primum, voluntatum fore, ſi revocas aut retentas. Diu ille vixit, & ad ultima humanæ ætatis venit: in bonis; in aſperis rebus: & guſtavit abunde è duplici dolio, quod ille ſupremus ſympoſiarcha nobis miſcet. Quid illum in rebus humanis delectaverit, ſic gnarum earum & peritum? ventum, fumum, nugas eſſe ſciebat: atque utinam non vere addam, fraudem, fucum, ſcelus. Inter hæc haberi eum placet, jactari inter diſſimiles: & re ſi non pollui, tamen aſpectu vel contactu? Abeat, cum bono Deo ſe ſubducat, ab iſto carcere in liberum illum & lætificantem locum. Quem nunc inſidere eum, beatum inter beatos, vitæ integritas & candor ille ſpondent. At apud nos bonam famam, & in templo Memoriæ ſcriptis ſuis conſecratam reliquit; alteram ſcilicet & diuturniorem vitam. Hoc de ipſo cogites.*

Aubertus Miræus in Vita Lipſii, p. 29. edit. 1609. *Unius privati hominis affectum ſilere nec poſſum, nec debeo. Fuit is Ben. Arias Montanus, Hiſpalenſis, vir eruditis linguis cultiſſimus; quique editioni Bibliorum Complutenſium, juſſu Philippi 2. Regis Catholici a Plantinianis adornatæ, præfuit. Is, inquam, benigna & rara effuſione, Lipſium, non ut hoſpitem aut amicum, ſed (eo verbo utendum eſt) quaſi filium ſæpius in Hiſpaniam, ſuamque domum invitavit: & ſe vivo, rerum ſuarum conſortium, mortuo ſucceſſionem ex aſſe obtulit.*

Abrahamus Ortelius Chriſtophoro Plantino, Antverp.

verp. 1587. *Vive & vale, librorum bonorum vita, & valor; imo æternitas. Hoc addo memor Epigrammatis, quod a clarissimo viro & utriusque nostri studiosissimo amico Ben. Aria Montano, tabulæ, quæ tuam exprimebat effigiem, adscriptum legi. Erat autem tale:*

Qui, Plantine, bonas hoc tempore iusserat artes
Crescere, te iussit præla parare Deus:
Omnia χρῆστα, inquit, doctorum scripta manebant,
Hæc pius excudat dummodo Christophorus.

Idem in Thesauro Geographico, voce *Hispalis*, Antverp. 1587. *De Hispali hæc ad me Arias Montanus inde oriundus: Hispalis nomen Phoenicum est, ex Spila, vel Spala deflexum, quod planitiem sive virentem regionem significat; qualis ejus territorium conspicitur. A Græcis vero addita est aspiratio: Arabes autem, quod P. literam non habent, ob idque pronunciare nequeunt, fere ad nativam vocem referentes,* Sbilla *dixerunt. Deinde Christianorum vulgus* Sevilla, *ut nunc, appellavit.*

Rembertus Dodonæus in Historia Stirpium pag. 363. edit. 1583. *Stirpem eam, quam D. Deus Jonæ Prophetæ juxta Ninivem pro umbraculo præparavit, & quæ subito a verme corrosa collapsa est, Ricinum fuisse, undequaque doctissimus ac clarissimus D. B. Arias Montanus in Commentariis suis in Jonam cap. 4. evidenter ostendit, & κικαίων Hebræis dici, cui κίκι vicinum esse refert.*

Carolus Clusius in Notis ad lib. 3. Simplicium Medicamentorum Nic. Monardes pag. 452. edit. 1593. *Postquam Londino Antverpiam redii, longe majores lapides Bezaar a C. V. D. Ben. Aria Montano amicis missos videre contigit.*

Scaliger in Scaligeranis 1667. p. 75. *En Espagne (recensebat hoc Arias Montanus Raphelengio) infiniti Libri Arabici, Philosophici, Theologici, Medici combusti sunt pour plus de* 100. *mil escus.*

Idem ibid. pag. 158. *Arias Montanus estoit familier avec les nostres. Il estoit Espagnol de Seville, chevalier Ecclesiastique de robe longue, qui doivent toutes les anneés une Messe: Il en voulo-*

vouloit aux Jesuites, ut videre est in Præfatione Bibliorum Regiorum : ç'a esté un homme docte, mais qui n'avoit pas beaucoup de jugement. J'ay ses Antiquitates Judaicæ, qui ne se trouvent plus Il a fait Colonia, qui est un pauvre ouurage, & Templum descripsit. Alia fecit. Montanus estoit bon Papiste, & a fait de bonnes choses, & aussy de pietres : Il avoit une religion particuliere, ainsy que Raphelenge le Pere a dit à Scaliger. Il a bien travaillé en ses Appendices de la grande Bible d'Anvers.

Cornelius Gemma lib. 2. cap. 6. Cyclognomicæ: *Alter oriundus Hispania, & toto propediem orbe prædicandus B. Arias Montanus S. Theol. D. eximius, mihi iampridem notissimus, propter humanitatem summam, S. literarum, Mathematicæ ac totius Philosophiæ, præsertim tamen Idiomatum diversissimorum cognitionem mortalibus admirandam; quorum nomine munus illi commissum a Rege Serenissimo intellexi, ut linguis excusum volumen pluribus Historiæ S. posteris relinquatur, quo sane mortali nec salubrius quicquam hac ætate corruptissima, nec expectari posse magnificentius puto.*

Jacobus Veldius in Danielem, Antverp. 1576. p. 511. *Etsi abunde satisfacere possit studioso Lectori ad verum ac genuinum sensum nostri Danielis intelligendum, doctissimus ille clarissimi prudentissimique viri B. Ariæ Montani libellus de Saculis iam brevi cum Bibliis Regiis a Plantino excusus, quem huic nostro Commentario adiiciendum patavimus; tamen nonnihil etiam lucis eidem accessurum confido istac χρονολογίᾳ.*

Ludovicus Nonius in Hispania c. 16. *Hispalis Ben. Ariam Montanum, Theologum, Poëtam, linguarum peritia, Hebraicæ præsertim, nemini secundum, protulit.*

Thomas James Lectori in Indicem generalem Librorum a Pontificiis prohibitorum, Oxonii 1627. *Ben. Ariæ Montani, unius ex primis, quod sciam, Inquisitoribus & Expurgatoribus Librorum, Opera omnia severissime castigantur.*

Cornelius à Lapide in Esaiam pag. 47. edit. 1622.

In

In hunc Prophetam scripsit fuse & eloquenter Arias Montanus, qui hic tamen brevior & doctior est, quam sit alibi.

Le Pere Jacob dans son Traité des Bibliotheques 1645. p. 314. *Arias Montanus connû de tous les gens de Lettres pour ses doctes Escrits, donna à la Bibliotheque de l'Escurial ses MSS. Grecs, Hebreux & Arabes.*

De eodem Lipsius Epistolic. Quæst. lib. 4. Ep. 12 ut Centur. ad Italos & Hispanos Epist. 4. & lib. 2. de Magnitudine Romana cap. 7. Ortelius in Theatro Orbis non semel; Didacus Covarruvias Var. Resolut. lib. 4. c. 18. Hercules Ciofanus ad Nasonis Metamorph. p. 269. edit. Plantini; Genebrardus in Epistola, quam primus vulgavit Antonius Hulsius ad calcem Psalmorum Heb. cum Notis, anno 1650. Stephanus Vinandus Pighius Ep. Præfat. in lib. 3. Annalium P. R. 1598. Henricus Boxhornius in Harmonia Eucharistiæ; Christ. Plantinus Epist. Præfat. in Horatium minima forma; Andr. Masius Epist. Præf. in Gramm. Syriacam 1573. & in Syrorum Peculium 1572. Petavius ad Epiphanium pag. 421. Simeon Muisius in Castig. Animadvers. Morini 1639. p. 142. Salomon Glassius in Philologia S. p. 43. edit. 1653. Seldenus in uxore Hebraica p. 496. Chamierus Tomo 1. Panstratiæ p. 465. Bucholcerus in Chronologia ad A. 1572. Rivetus in Isagoge ad Scripturam S. p. 173. Menagius in Originibus Gallicis pag. 650. & alii. g)

Ii FRAN-

g) Res nostri & eruditorum de præclaris ejus conatibus judicia præ ceteris persequuntur *Anton. Teisserius* in Elogiis Thuaneis Tom. II. p. 282 & Tom. III. pag. 416. *Ludov. Ellies du Pin* Tom. XVI. Biblioth. Scriptorum Ecclesiastic. p. 161. *Hieron. Ghilinus* in Theatro Vol. II. pag. 41. *Thomas Pope Blount* in Censura Auctorum p. 546. & *Paul. Freherus* in Theatro p. 1492. Adde his *Colomesium* nostrum in Cimeliis Literariis cap. 34. & in epistola ad *Justellum*, quæ legitur in calce Operum apud nos optimo præstantissimi *J. A. Fabricii* nostri consilio editorum, p. 804. De carminibus ejus speciatim lege *Adrianum Bailletum* in Judiciis Eruditorum de Poëtis Part. IV. p. 38. sq.

FRANCISCVS LOPEZ. h)

FRanciſcus Lopez, Tamatid Eccleſiæ Granatenſis Rationarius, & linguæ Arabicæ in Sancto officio Interpres, ſcripſit Lexicon breve vocum Arabico Hiſpanicarum. Extat in fine Dictionarii Antonii Nebriſſenſis Antiquariæ excuſi anno 1600. Claruit eodem anno.

HIERONYMVS XAVERIVS, *Navarrus.*

HIeronymus Xaverius, Perſicæ linguæ gnarus, Hiſtoriam Domini noſtri JEſu Chriſti in gratiam Mogolenſium Perſice conſcripſit, ſimulque multis modis contaminavit, ut palam faciunt eruditæ Ludovici de Dieu in eam Notæ. i). Ipſe in Præfatione ac Epilogo ſe Patrem Jeronymum Xavier vel Sciavier prædicatorem vocat, natione Francum, hoc eſt Europæum, alioqui Navarrum fuiſſe ex Pourchaſſio evincitur, ſed qui Luſitanica uſus ſit lingua. Religione fatetur ſe eſſe è coetu Societatis Jeſu, qui cum hoc opus capeſſeret, 40. annos in his rebus, & ſeptem octove in lingua Perſica addiſcenda triverat. Subjicit ſe non privato conſilio, ſed ab Imperatore Acabar, apud quem in gratia fuit, juſſum hunc librum concinnaſſe, in

h) *Granatenſis* patria. Vide *Nic. Antonii* Biblioth. Hiſpan. Novam Tom. I. p. 335. Ad Dictionarium illud vocum Hiſpanicarum, quæ originem Arabicæ debent, ſæpe provocat Sebaſtian. de Horozco & Covarrubias in Theſauro Linguæ Caſtellanæ.

i) Lucem adſpexit Lugd. Batav. 1639. 4. Hiſtoriam illam CHRISTI, Domini noſtri, & S. Petri à Xaverio compoſitam eſſe inficiatur *Dionyſ. Petavius* in Dogmatibus Theologic. Tom. VI. p. 231. lib. XIV. de Incarnatione cap. VII. ubi & in Dieuſii animadverſiones calamum ſtringit. At eam diſerte noſtro tribuit *Philip. Alegambe* loco mox citando, & *Richardus Simon* in Hiſtoria Critica N. T. lib. I. p. 33. qui ibidem commenta, ex libris ſubleſtæ fidei hauſta, & hic cumulata, merito averſatur. In eandem ſententiam lege *Jo. Henr. Hottingeri* Bibliothecam Orientalem cap. VI. pag. 329. & Celeberrimi *Jo. Alberti Fabricii* noſtri Codicem Apocryphum Novi Teſtamenti Tom. I. p. 381.

in urbe totius Regni Metropoli, Agra scilicet, Chalifatus sede. Claruit anno 1602. k)

JULIANA MORELLA,

Barcinonensis.

Juliana Morella, virgo Hispana, Latine, Græce, ac Hebraice docta, nec Philosophiæ modo, sed & Jurisprudentiæ studiosa; Musicis etiam instrumentis canere perita: anno 1605. ætatis duodecimo, Capuccinorum habitu induta, publice Theses Philosophicas defendit, quas inscripsit Margaritæ Austriacæ, Hispaniarum Indiarumque Reginæ. Narrat Gretzerus in posthumo rerum variarum Opere a Stegelio collecto, lib. 2. cap. 4. ubi additur, florere etiamnum Lugduni in Galliis. l) Obiit autem Gretzerus anno huius seculi 25. De eadem Virgine Abrahamus Golnitz in Vlysse Gallo-Belgico pag. 337. edit. 1631. *Non procul*, inquit, *a Monasterio Minimorum Lugduni habitavit Juliana Hispana, virgo nondum* 20. *annos nata, Latinas, Hebraicas, Græcas, Hispanicas, Italicas, Gallicas linguas docta, imo in Logicis & Philosophicis sic versata, ut Disputationes publica Cathedra defenderit.*

JOHANNES MARIANA,

Toletanus.

De eo sic Bernardinus Giraldus in limine Apologiæ pro Senatu

k) Obiit è Mogore redux Goæ anno 1617. ad diem 17. Junii, teste *Philippo Alegambe* in Bibliotheca Jesuitica p. 348. qui & reliqua ejus Persice & Latine scripta, sed, puto, ἀνέκδοτα recenset. Hujus autem vestigiis insistit *Nic. Antonius* in Biblioth. Hispan. Nova Tom. II. p. 326. in Appendice.

l) *Degebat ea adhuc in vivis in Gallia circa annum MDCXLIII. virgo Deo sacra inter moniales Ordinis S. Dominici, ut à fide dignis audivimus.* Ita de nostra *Nic. Antonius* l. c. p. 345. Non meminerunt illius *Christ. Junckerus* & *Jo. Casper Ebertus* in illis commentationibus, quas doctrinæ feminarum celebrandæ sacras esse voluerunt. Vicissim vero præconem nacta est *Davidem Schultetum* in dissertatione II. de feminis eruditione illustribus, p. 7. sq.

Senatu Veneto contra Jesuitas, Patavio Kal. Decembr. 1634. *Pater Johannes Mariana Toletanus, Jesuitarum quos atas nostra vidit, annosissimus, abhinc biennium* m) *pie obiit diem suum nonaginta sex annos natus, cum ante annos circiter quinquaginta Theologiam in Italia, Sicilia, Galliaque docuisset, vir Hebraice, Chaldaice, Syriace, Græce & Latine doctissimus, quem perhonorifica appellatione. Baronius Cardinalis afficit, non immerito: Nam & summam ejus rerum Hispanicarum Historia prudentiam declarat, nec ei quicquam veritate antiquius esse statim Lectores eius agnoscunt. Baronii verba sunt anno* 688. Veritatis amator & pietatis optimus cultor, qui erudito Stylo postremam manum apposuit rerum Hispanicarum Historiæ, Hispanus & ipse, sed affectu privato carens Johannes Mariana, dignus professor Societatis Jesu. *Et anno* 775. Johannes Mariana vir doctus, nobilis rerum Hispanicarum Historicus. *Hujus tam laudati viri Disputationes aliquot gravissima uno volumine comprehensa, Colonia Agrippina anno* 1609. *typis descripta exierunt, quarum una fuit de Moneta mutatione in Hispania, qua quidem fraudes & impostura Ministrorum Regiorum Monetas publicas adulterantium detegebantur, oscitantia & dormitatio Philippi* 3. *Regis catholici perstringebatur, ingentia denique damna in universam Hispaniam ex improbissimo Regiorum peculatu certo exoritura praenuntiabantur: quem librum qui legat, & hodiernum Hispania statum non ignoret, abesse haudquaquam possit, quin Marianam divinum hominem fuisse agnoscat, (qui ea, qua hodie Hispania experitur mala, tanto ante ut vates cecinerit) vel certe prudentiam genus divinationis esse intelligat. Verum vehementer ea res Lermaum Ducem, Regia Hispanica Sejanum, pupugit: quippe qui fundi Hispanici calamitas esset, seque a Mariana designari satis intelligeret. Hominem ergo in vincula poscit, iisque annum vertentem amplius continet. Inter eam moram scrinia ejus excutere jussus est Franciscus Sosa, ex Franciscani ordinis*

m) Data est hæc epistola an. 1634. Itaque Marianam an. 1632. obiisse necesse est. At alia tradunt *Philip. Alegambe* in Bibliotheca Jesuitica p. 477. & *Nicol. Antonius* in Biblioth. Hispanica Nova Tom. I. p 561. Prior eum anno 1624. 17. Februar. prope nonagenarium, posterior anno. 1623. 17. Februar. nonagenarium ait decessisse.

ordinis Ministro Generali Auximensis Episcopus, & Status Consiliarius, ut, siquid aliud inter ejus scripta inventum foret, quo vel Regis simplicitas vel Lermai astutia sugillari posset, id ille penitus abolendum curaret. Is Librum sermone Hispanico ipsius Marianæ manu conscriptum invenit: Del govierno de la Compannia de Jesus *hoc est*, de regimine Societatis Jesu: *in quo propositum ei fuerat Sodalitatis suæ homines exitii Societatis suæ imminentis, & simul modorum, quibus eam conservari posse censeret, commonefacere, ut ipsi in conventu aliquo vel congregatione sive Generali, sive provinciali in medium consulere, pestemque matri communi ac perniciem probibere vellent. Eum librum Sosa admiranda hominis prudentiæ singularisque erga Societatem Jesu amoris, pro ejusque salute sollicitudinis testem locupletissimum esse, & ad nominis Hispani ornamentum pertinere judicans, fecit non invitus, ut amicis ejus legendi describendique copiam faceret: quo factum est, ut cum alii, tum R. P. Nicolaus Ricardius, Dominicanæ familiæ Theologus, Monstri cognomento ob ingenii doctrinæque abundantiam insignis, exemplar ejus nanciscerentur, & in Galliam, Germaniam, & Italiam deportarent, quem etiam Galliæ Typographi proximo triennio non modo Hispanico sermone, quo ab auctore scriptus fuerat, sed etiam Latino, Gallico, & Hetrusco expressum publicarunt. Quem ut Romam allatum vidit ac legit P. Floravantius, qui Urbano Pontifici est à Sacris Confessionibus, exclamasse fertur*: Heu, heu, actum est de nobis Jesuitis, quando nimis vera sunt, quæ liber hic cantat. *Maluisset scilicet prisca virtutis ac fidei vir, rectè monenti Mariana potius obeditum, moresque Societatis ex sententia illius reformatos fuisse, quam occulta ejus orbi universo notescere, & risum iis, quibus Jesuitæ, quo iure, quaque iniuria invisi sunt, movere. Itaque cum primum Urbanus in Apostolorum principis Sede collocatus ei ad se accito significavit, se illum Confessarium sibi esse velle; ille postquam onus tantum diu multumque a se frustra deprecatus est, hoc primum in maximi beneficii gratiaque loco sibi tribui postulavit*, ut Sanctitas sua Societatem Jesu, quam commendatissimam habere, instituendaque eius Reformatione, certissimum interitum ab ea amoliri vellet: nec enim verbis exprimi tantum posse, quantum in ea discessum sit a Religiosæ disciplinæ observantia.

Cuius quidem rei eadem ipsa die Pontifex intimos familiarium participes faciendos duxit, ut illis scilicet probaret iudicium suum in eligendo summa virtutis Confessario minime aberrasse. At non audaci cessit fiducia Turno, *aut si mavis*, non talia passus Vlysses, oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto, *Generalis inquam Jesuitarum, velut recoctus Romaniscus, non propterea animum sibi ac sociis despondendum duxit, utque Mariana liber edicto notaretur, eiusque lectione omnibus interdiceretur, strenue allaboravit.* In eandem mentem Daniel Hospitalius in Consultatione ad Reges Principesque Catholicos, de causis & modis conservandæ & amplificandæ Societatis Jesu. 1634. *Pater Johannes Mariana, celeberrimus ætatis nostræ Theologus, & Catholici Regis Historiographus, cuius summa virtus, integritas, in scribendo ac loquendo libertas, prudentia & litera orbi iam universo, præcipueque Regibus ac Principibus multo sunt notiores, quam ut cujusquam prædicatione commendari debeant; is in libro suo de Regimine Societatis Jesu (quem non ut in vulgus exiret, scripserat, sed ut privatim Jesuitas, de Societatis conservanda & a maturo interitu vindicanda rationibus admoneret) Claudii Aquavivæ ambitione totam imperii formam immutatam esse, & in Tyrannidem teterrimam degenerasse, eaque ex re Societatem delatoribus & adulatoribus plenam esse, neminemque Sociorum non in summo metu ac molestia vivere dolentissime conqueritur; eumque nimis vera scribere Pater Floravantius, & ipse Societatis Theologus, ac summo Pontifici à sacris Confessionibus, summo cum animi sensu agnoscit.*

De eodem Henricus Spondanus in Epitome Annalium Baronii, anno 1055. Scriverius in Martialem pag. 18. edit. suæ; Casaubonus in Epistola ad Front. Ducæum p. 41. & seq. edit. Londinensis, & alii plures. n)

ADDEN-

n) Scripra nostri, candorem & in rem literariam merita præter citatos celebrant *Pet. Balius* in Dictionario Tom. II. pag. 2048 - 2055. & in Epistolis gallice editis passim v. c. p. 499. 500. & 568. *Adrianus Bailletus* de libris *Anti* Tom. II. n. 125. & Tom. III. Judiciorum num. 1036. *Rapinus* in Observationibus Historicis §. 3. pag. 232. 236. & 305. *Ludov. Ellies du Pin* in Biblioth. Scriptorum Ecclesiastic. Tom. XVII. pag. 131. *Richard. Simon* in Histor. Critica V. T. lib. III. c. XII. & XVIII. & *Thom. Pope Blount* pag. 614 sq. Tractatum ejus *de erroribus, qui in forma gubernationis S. J. occurrunt*, Gallice, anno 1624. ex Hispanico & an.

ADDENDA.

MATTHÆVS HADRIANVS,

Hispanus. o)

MAtthæus Hadrianus, Judæo-Christianus, vir Ebraice doctissimus, scripsit Introductionem in linguam Hebræam, & tres Oratiunculas, Dominicam, Salutationem Angelicam & Salve Regina Latinas fecit. p) Claruit anno 1520.

Testi-

1625. ex Gallico Italice editum enarrat laudatus modo *Simonius* in Epistolis Selectis Tom. II. p. 96. sqq.

o) Accipe hæc *Valerii Andreæ* ex Fastis Academicis Lovaniensibus, editionis repetitæ & auctioris anni 1650. *Matthæus Adrianus*, inquit is p. 283. *genere Judæus, natione Hispanus, religione Christianus, Medicinæ Doctor, Christi miles, à Desiderio Erasmo è media Germania accersitus & commendatus Aegidio Buslidio, lib. III. Epist. XXXIX. primus auspiciis Buslidianis Lovanii Hebraicam docere linguam anno* 1518. *Kalendis Septembr. Docuit vero duntaxat annum ac menses tres. Excudit Lugduni Gryphius, auctore* Matthæo Adriano, *Equite aurato*, Introductionem brevem in Linguam Hebraicam & Oratiunculas tres, Dominicam, Salutationem Angelicam, & Salve Regina, *Hebraice redditas.* Eadem fere habet *Aubertus Miræus* in Auctario de Scriptoribus Ecclesiasticis p. 138. edit. Hamburgensis, idemque auctor est; Hadrianum nostrum Lovanio in Galliam profectum Lugduni Introductionem illam suam una cum oratiunculis illis tribus Hebraice conversis edidisse. Eundem in Academia Wittebergensi literas Hebraicas publice docuisse, patet ex epistolis B. Lutheri nostri, à Joh. Aurifabro editis. Vide Tom. I. illarum p. 84 sqq. & *Georg. Serpilii*, τȣ̃ μακαρίτȣ, commentationem vernaculam, qua in auctorem hymni passionalis: Da Jesus an dem Creutze stund ꝛc. inquirit, p. 24. sqq.

p) Prodierunt illa Lugduni apud Seb. Gryphium, teste *Andrea* l. c. *Christoph. Hendreichius* in Pandectis Brandenburg. p. 43. Introductionem illam *Lugduni* in 8. Oratiunculas vero tres ibid. 1619. in 4. lucem vidisse affirmat, quod vereor ut recte dicatur. Editionem *Basileensem* anni 1518 8 & *Hagenoensem* 1519 4. memorat Cl. *Jac. le Long* in Biblioth. Sacra p. 1169. Habeo ego in manibus *Adriani* nostri libellum sine die & consule in 4 tribus plagulis editum sub titulo: *Libellus hora faciendi pro Domino scilicet filio virginis Mariæ, cujus mysterium in prologo legenti patebit.* Eo continentur: Ave Maria, Salutatio Angelica, Salve Regina, Magnificat, Oratio Dominica, Symbolum majus & minus, nonnulla contra Judæos de translatione Sabbati in diem Dominicam, Hebr. & Lat.

Testimonia de Hadriano.

ZUingerus in Theatro Vitæ humanæ p. 1102. *Wolph Capito anno 1513 linguam Hebraam docuit, Bruxellis Matthai Adriani è Judaismo conversi discipulus.*

Phil. Melanchthon Joh. Hesso Witteubergæ 1520. *Scripsit Hadrianus Gradualdo & Wittigero Hebraice.*

Idem Joh. Langio Wittenbergæ: *Conductus est Hadrianus Lovaniensis Professor, qui apud nos Hebraica doceat.*

Nic. Clenardus Joh. Vasæo p. 131. Epist. *De Magistro Adriano flametur, ubi coram adfueris.*

Wolph. Fabricius Capito Instit. Heb. lib. 1. כארן *in membranacea ac vetustissimo libro ascriptum margini olim vidimus, apud Vangiones, indicante Matthao Adriano, qui rogatus a me data opera hunc potissimum locum investigavit & invenit facile.*

Joh. Reuchlinus Facultati Theologicæ Parisiensi, Stutgardiæ 13. Kal. Jul. An 1514. *Hominis Semi-Judai interpretatio ab Adriano Hispano fuit juste reprehensa.*

Erasmus Aegidio Buslidio Lovan. 1518. *Commodum huc appulit Adrianus, genere Ebraus, sed religione iam olim Christianus, arte Medicus, Hebraica literatura totius sic peritus, ut mea sententia non alium habeat usquam hac atas, qui cum eo conferri possit. Quod si meum judicium in hac re non satis habebit apud te ponderis, idem testantur uno ore omnes, quotquot vel apud Germanos vel apud Italos cognovi hujus lingua peritos. Neque solum callet ad plenum linguam, verum etiam in ipsis authorum adytis est diligentissime versatus, ac libros omnes sic habet in promptu, ut digitos unguesque suos. Is ipse est, de quo tibi nuper mentionem fecit Bruxella Lud. Vacus. Exposui Theologis qualis sit, neque dubitarim meo recipere periculo, hunc unum esse hac atate, qui nobis fuerit votis omnibus expetendus. Eum posteaquam Deus aliquis propitius ultro nobis obtulit, nostri muneris esse videtur, ut oblatum modis omnibus retineamus.*

Idem Petro Aegidio Lou. *Appulit huc Hebraus quidam Matthaus, sua lingua egregie peritus, spero fore, ut hic illi salarium decernatur ex Buslidii legato.*

Idem Barbirio Lou. 1517. *Legatum de tribus linguis dici non potest quantopere probem. Et jam bona quadam fortuna adest Hebraus, suarum literarum longe peritissimus, cum meo tum omnium judicio.*

Mart. Dorpius Erasmo Lou prid. Id. Julii 1518. *Linguarum professio pulchre apud nos procederet, si stipendia tandem exsolverentur & doceretur gratis; alioqui scis, eo Lovanienses ingenio, ut agre quicquam dent. Id quidem male habet Matthaum nostrum, hominem usqueadeo iratum pecunia, ut ne nocte quidem annuat hospitium, etsi minime nummis occupatum.*





